


11803496




BIBLIOTECA HOSPITALIS GRANADA

Sala: _____

Estancia: _____

Numero: 439




R. 25407

SCÆNA RERVM MVLTVM INVER-

SA, IDQVE POTISSIMVM QVAN-
tum ad corruptissimos quorundam
mortalium mores attinet.

AVTHORE FRATRE ADRIANO HEC-
QVETIO ATREBATINO, CARME-
LITA, THEOLOGIAE BAC
CALAVREO.

*Ne dicas: Quid putas causa est, quod priora tempora
meliora fuere, quam nunc sunt? stulta enim est hu-
iusmodi interrogatio. Ecclesiastes. 7. cap.*



ANTVERPIAE,
Apud Ioannem Bellerum sub insigni Falconis.

M. D. LVI.



R. 25407

SCÆNA RERVM
MVLTVM INVER-

SA, IDQVE POTISSIMVM QVAN-
tum ad corruptissimos quorundam
mortalium mores attinet.

AVTHORE FRATRE ADRIANO HEC-
QVETIO ATREBATINO, CARME-
LITA, THEOLOGIAE BAC-
CALAVREO.

*Ne dicas: Quid putas causa est, quod priora tempora
meliora fuere, quam nunc sunt? stulta enim est hu-
iusmodi interrogatio. Ecclesiastes. 7. cap.*



ANTVERPIAE,
Apud Ioannem Bellerum sub insigni Falconis.

M. D. LVI.

LONGE GENEROSISSI-
mo, humanissimo, ac verè pio Prin-
cipi, Philiberto Emanuèli Duci Sa-
baudiæ: apud Belgas, Brabantia, Gel-
dria, Flandria, Artesia, Hannonia,
Hollandia, &c. summo ac vigilantif-
simo Gubernatori, Frater Adri-
anus Hecquetius Atrebat-
ensis, Carmelita, Theolo-
giae Baccalaureus,
S. D. P.

H *I tibi qui nostro mittuntur Apolline versus,
Nonnulli poterunt muneris esse loco.
O vti nam, Dux clare meum quod condò poema
Tale sit, vt toto possit in orbe legi.
Non ego vel Phœbum, vel regna, vel arma, vel arces.
Adfero, vel rapidi flumina sæua freti.
Nos aliò inuitant Musa, grauiora petentes,
Ingenii virtus altius ire cupit.
Degenèr orbis habe, quo tristia tempora fallas,
Hic scelus, hic crimen carpitur omne tuum.
Nec quisquam dicat quod temporis huius honores
Auferat hæc factò codice charta leuis.
O vti nam nostris esset tantum decus annis,
Vt dici mendax hæc mea charta queat.*

A 2 Non

EPISTOLA

Non clamat superesse nihil pietatis in orbe,
 Nunc quoq; diuinos non superesse viros.
 Nunquid ego immeritò scelerum contagia damno?
 Nec ratio est Musis, causa nec vlla meis.
 Quis status, aut quæ conditio? quis sexus, & ordo,
 Antiquos mōres, iuraq; prisca refert?
 Ridemus veteres, veterum probitate repulsi,
 Corrupti sequimur temporis insidias.
 Quæ mala? quæ pestes nostro nascuntur in orbe?
 Heu noua quot scelerum semina? quot species?
 Tam varia hæc ætas vitiorum germina gignit,
 Vt nunc sit miserum viuere, crede mihi.
 Multus inest animis error, sunt pectora cæca,
 Sed suo vulgus decipit arbitrio.
 Quis Maro faciendus, calamos in tempora stringat?
 Quis nostros damnet carmine Naso dies?
 Nunc vbi lingua tua est Cicero, qui Palladis artes
 Vincis? vbi ingenium Calliopea tuum?
 Nunc vbi Pythagoræ frons est? tetriciq; Catonis
 Altus, vt hæc rerum germina conspiciant?
 Si cui corrector, qui forte redarguit orbem
 Non placet, is legum ferreus hostis erit.
 Quippe æquum est aliqua sanctas defendere leges
 Arte, atq; in scelerum semina ferre manus.
 Exemplo Mosis, vos euoco, sidera, cælum,
 Aura, syetum, tellus, si quid & ignis habet.
 Vos, inquam, testes nunc enoco, nonne decens est
 Mortales summi iura tenere Dei?
 Nonne decet ratione omni seruire, receptis
 Legibus, & magno Numinis imperio?
 Attamen innumeri viuunt, qui quam procul absint
 A genere hoc vitæ, res bene clara patet.

Morum

NUNCVPATORIA.

Morum caligo quædam nunc sordidat æuum,
 Plus orbis vitii, quam pietatis habet.
 O quam felicem, quam dixerò iure beatum,
 Qui sacra diuinæ dogmata legis amat.
 Et quem nulla capit fallax & fluxa voluptas,
 Sed tenet immotos legis amore pedes.
 Qui quoq; Sirenum nullo corrumpitur astu,
 Et nullis vitiat pectora delicis.
 Te tua nobilitas à pestibus auocat orbis,
 Clarior es, quam qui crimen habere queas.
 Tu proprios ornas sanctis virtutibus annos,
 Et tuuus è prisco tempore lucet honor.
 Nec tibi monstra placent, quæ præsens attulit ætas,
 Nec placet hæc quæ iam nascitur impietas.
 Moribus & genere illustres sequerisq; parentes,
 Quid dicam? decus es stemmatis omne tui.
 Quorsum si digitos gemmarum copia cingat?
 Quorsum si teneas regia sceptrâ manu?
 Si Cartbagineas laceres quoq; fulmine turres,
 Si egyptem telis confodis ipse tuis?
 Quò frumentiferis impleueris horrea aceruis?
 Quorsum qui celebri lucet honore locus?
 Quò sapor ambrosiæ? quo nectaris omnis odores?
 Quò pyra? quid molli cortice poma iuuant?
 Quò tibi purpurei lecti? quò vna, Ceresq;
 Si nihil æternum sordidus orbis habet?
 Fatales properant Parcæ, velut umbra perimus,
 Non habet æternos vllus in orbe dies.
 Flatilis aura sumus, bullæ dilabimur instar,
 Vita fluit quouis turbine mobilior.
 O quanto est melius, tam fluxa relinquere vitæ
 Gaudia, & obscura condere membra specu.

A 3

Talibus

EPIST. NVNCVPAT.

*Talibus d quanto est melius valedicere rebus,
Atque magis veras querere delicias.
O quanto est melius choreas, risusq, iocosq,
Spernere, & Elyfia querere regna domus.
Est aliquid felix quod mens post funera sperat,
Aeternumq, bonum nobile nomen habet.
Non opus hortatu, nihil est, me consule, credo
Calcare non opus est dum bene currit equus.
Sed quæso quid tantillum dixisse nocebit?
Quid mea quæ tam suat dulcia scripta nocent?
O vtinam Christus felicibus cœbat annis,
Augeat & seruet teq, tuumq, genus.
Ille tuos ornetque dies virtutibus, vt sic
Illustre & clarum nomen habere queas.
Vita Sibyllino tua sit felicior auro,
Et numero excedat Nestoris illa dies.
Quid precer? in summa super aurea sydera tandem
Mens tua, quam nullus sordidat error eat.
Teq, mei meminisse iuuet, si quando fauere
Possis, hunc qui te semper amauit, ama.
Hocq, lubens legito quod noster Apollo parauit,
Et quod ab inculto pectore prodit opus.
Nec Phæbi neruos, nec plectra superba crepanus,
Contenta est calamo sobria Musa suo.*

F I N I S.

FRATER ADRIANVS
Hecquetius Atrebatinus, Carmeli-
ta, Theologiæ Baccalaureus,
pio & candido Lectori,
S. D. P.

Quidquid soluta oratione, nonnullis in-
textuimus locis, non tam prologum ap-
pellamus, quàm vel argumenti quâdam
speciem, vel potius interpretationem aliquam,
quæ omnem omnium sequentium versuum ma-
teriem succinctè, nec minus facilè discutit. Fieri
poterat, idq, absque vlllo vel ingenioli, vel ip-
sius cerebri labore, vt totius libri fasciculus inte-
ger sibi vbique cohæreret, ne vlla quidem vllius
profræ mica intermixta, sed quum huius rei acces-
sio, nec anxie lectorem remoretur, nec vel mate-
riam ipsam perturbet, nec vlla vel nebula vel lâ-
becula obscuret, sed potius, si quis propius per-
spiciat, etiam clariorem reddat, iudicauimus hoc
procœmioli genere & leuitisculo, & facili, nemi-
nem offendi posse. Quatum ad eos attinet, qui-
bus pluris est affectatus quidam orationis color
stylusq, & magnas oēs Musas, & Catones su-
perciliofos fonitans, quâ vlla quâlibet lucida cla-
raq; ipsius rei veritas: & vngues & Ciambos & dē-
tes & digitos totos, si vilum fuerit, adferant:
mordeant, subannent, carpât fortiter momi Mi-
neruæ crepidâ: nihil nostra refert. Quorsum enim
attinet, si clametur à nafutis, ac improbis nostrū

A 4 hortu

EPIST. AD LECTOREM.

hortulum *μηλ' ἐστὶ μνηλοῖς* gignere, aut fentes, aut
 carquos, modò piorum hominum iudicio satisfi-
 faciat? Hoc toto libro (vt hic paucis absoluam)
 id inuenias, nimirum poëtam ac oratorem tan-
 quam vicissim loquentes: atque hoc scribendi
 genere profectò vt visum est, Musæque placuit
 meæ. Sic libros suos de Consolatione philoso-
 phiæ conscripsit Boëtius, nunc carmine, nunc so-
 luta oratione, rem & argumentum pertra-
 ctans, quem Textor Rauifius locis
 compluribus, aliiq̄ue non pau-
 ci sunt imitati. Hoc nostro
 labore vtere, ac
 bene vale.

OPERIS PROEIMIUM VARIIS⁴
*quidem ac prolixis, sed tamen longè clarissimis re-
 rum argumentis sic ab ipso Authore F. Adria-
 no Hecquetio Atrebatino Carmelita
 concinnatum.*



L N ipsa huius operis fronte, hu-
 manarum rerum instabilitatē,
 quæ nulli mortaliū clarissima
 non est, veluti rotam quandā,
 qua nos resq̄; omnes nostræ af-
 fiduè circumagūtur ob oculos
 succinctè ponimus, ne cui plus
 nimio mirū videri possit, q̄; tantam artiū, studio
 rum, institutionū, conditionū, statuum, ordinū,
 cultuum: denique & morum & ritū, atq̄; adeo
 etiam locorum ac omnium rerum immutatio-
 nem, in hac nostra Europa circumspiciat. Quid
 non, obsecro, immutarentur mortalium res ipse
 variique status: quum ipsi nos, qui diuinum
 quiddam in nobis gerimus, effugere nulla possi-
 mus via, quin indefinenter inuicta quadam fa-
 torum vi, trahamur, distrahamur, rapiamur, mo-
 ueamur, ac vt semel dicam circūuoluamur? Suis
 quippe spatiis, si qua magno illi Salomoni fi-
 des, transeunt vniuersa quę sub Sole sunt. Quod
 etiam primo Ecclesiastes capite, elegantissimè sic
 prædixerat: Generatio præterit, & generatio ad-
 uenit: & oritur Sol & occidit. Summatim ad-
 dit & hoc: Vidi cuncta quæ fiunt sub Sole, &
 ecce vniuersa vanitas: Idem plane ipseus *πα-
 ρομιολογία* haud paucis locis perstringit, cui di-

uo philosopho & Paulus accinit, dū Romanos omnem creaturā vanitati esse subiectam, liquidō ac præclare docet. O fœnū, qui sic leui cōtactum Borea concidis subitō? ō floſculū tenelkū, q̄ citō emarceſcis ac ſeneſcis? ō fluxā plus æquō agelli noſtri gloriolā, ō mūdi figuram, q̄ citato tractū ē manibus elaberis? q̄ fortiter durū illud cuiusdam mortis ius te premit ac præcipitat? Siquidē, (nec alienū fuerit hoc adduxiſſe) rerū quædam mors hæc omnia efficit, quæ à veteribus illis Græcis dicta *μόρος παρά τὸ μέγαρα*, nimirū q, nulli plane vel rerū vel mortalīū parcat ferox. Nec quicquā ſit tāti præcii, quin in ſe habeat ac quodāmodo ſentiat, huius fati, huius mortis, vanitatisq; inuictas illas vires, quibus tanq̄ cuspide acutiōri tūditur, retūditur, arroditur, ac immutatur. Hæc quidē argumentulo quodā, nōnulla accepta occasione delcribimus, ſed (vt verū fatear) rei totius ſcopus eſt, vt omnibus hiſce noſtri cui mortalibus, quā procul ab incorruptiſſimis illis præſcorū parentū morib⁹ ac pietate ipſa diſtent, quāraq; inſania hodie pleriq; degenerēt, clariſſimē proponā. Quid enī hac ætate cōpluſculis accidit, q̄ quod ſolet phreneticis euenire, qui quum exitiali morbo inſœlices laborēt, ſanos tamē ſe atq; bene incolumes prædicāt? Acclamāt nō opus eſſe herbis, nō vllius medici opera, nō helleboro, non pharmacis, potionibus, ſectiōnibus, & huiuſmodi artibus, ac medicamētis: ipſum malū paſſim graſſatur, paſſim regnat, occupat miſeros, lædit, enecat, perdit: & qui queſo ſentiūt, qui vidēt? qui ſe ægros ac peſte aliqua tactos prædicāt? quātus eſt animorū ſtu-

por?

por? quāta cæcitas? Quis meritō iudicat faſtū, inuidiā, ambitionē, odiū, philautiā, habere vel pilū mali? Neq; enim libet hic cū Hieronymo, cū Auguſtino, cum Eufebio, Beda, aliſque huius generis, omnium literarum, & humanarum & diuinarum ſplēdore, multō ornatiffimis viris Theologis, & hiftoriographis, difficiles quofdam rerum labyrinthos, quæſtionum nodos, ac ardua quædam veluti enigmata euoluere, aut cum aliis nonnullis perſpiciffimis, ingenioſiffimis, ac iſdem piis ſcriptōribus in arenam quandam digladiatoriam audaciori deſcēdere animo: nimirū vel huius, vel illius hortatu, impulſuq; aut potius meo aliquo priuato iudicio. Quot iā annorū curriculis ac menſiū ſpatiis quibuſdā, perſtiterit hæc vniuerſa huius totius orbis moles? Nōnullū argumentulū (vt alii haud pauci me necdū nato fecere) in mediū adducā, Cāpani illius aſtro nomi exēplo, viri quanquā alias multo ſanctiſſimi ac integerrimi, qui ſuis aduectis nonnullis rationibus, quāuis ſic ſatis obſcuris, affirmat reperiſſe ſe in celeberrimi ingenioſiſſimiq; Prolemai calculatione, neſcio quid erroris, quo facile quæſtiones nō contēendas, ac nullo modo frigidās mouere poſſet, dum de medio lunæ motu quædā pronunciat: videlicet edocens in, ii^m. clx. ipſis annis lunaribus, vnus diei curriculum deſcendere, ſic enim ille loquitur. Quæſo cui mortalīū nō occurrunt mille argumenta formandi materiæ etiam ſi humana ſimul, & diuina ſpectemus ſcripta? Verum quidnam ſum ego, quā vmbra, aut hominis *σχημα*, vt Græci dicūt? quid aliud quā ſemire-

femireptilis musca, si quis tantos elephantes, tam inuictos leones, tantaque pernicitate conuolates aquilas, tam denique eruditos Christiani orbis principes prospiciat? Alios capularis senectus est scholis, ne diutius de rebus disceptet semouet: haud aliter quam Horatium Flaccum, qui tandem se rude donatum professus est, nolens amplius antiquo sese includere ludo, nam sic ait:

Non eadem est aetas, non mens, Veianius armis

Herculis ad postem fixis laet abditus agro,

Ne populum extrema toties exoret arena.

Est mihi purgatam crebro qui perfonet aurem:

Solue senescentem mature sanus equum, ne

Peccet ad extremum ridendus, & illa ducat.

Nunc itaq; & versus, & cetera ludicra pono.

Quid veri atq; decem curo & rogo, & omnis in hoc sum.

Condo, & compono quae mox depromere possim.

Alios à dissentiendo deterret quorundam magnorum virorum grauitas, receptissimumque iudicium, alios aliud, atque aliud. Enimvero ingeniosi nostri tenuitas cum eruditionis exiguitate coniuncta, in causa est cur nolim multis de rebus vel iudicare, vel tragœdiam mouere. Multo minus visum est de lignea prisci illius Patris Noë arca, de Abrahami natiuitate, de ingressu Iacob in Ægyptum, deque egressu multitudinis illius Israeliticæ; de captiuitate Babylonica, de transmigratione (vt vocant) denique ac reductione, regressuque ad Solymos patriosque lares & agros patrum nostrorum: aut etiam de tot, tamque diuersis mundi aetatibus: nimirum quantum aut quot effluxerint aetates hactenus, aut quae tandem

de futura sint, ac huic nostro auro successura, narrationem quandam prolixiorēque; historiā occinere. Illud, me Hercle, vel cœcissimis quibusque clarissimum est, nos iam toties temporum successibus, & tractibus volutos, reuolutos, circūactosque; esse, vt demum ille legis ac temporis omnis finis Christus, quouis Phœbo suę veritatis radiis clarior ac splendidiior, huic nocti, huic toti senescenti mundo exortus sit, & natus: sanè hoc admirabili aduentu, lucidissime declarans per Euāgelii diffeminatione nos ad vltimas instabilis huius mundi horulas, dies, annosque; peruenisse. Predicabitur (inquit ille) Euāgelium hoc in vniuerso orbe, & tunc erit cōsummatio. Clamat & Paulus cū aliis locis, tum maximè eo loco, vbi multis minis argumentisque; suadet, ne simus cōcupiscētes malorum, sicut prisci illi cōcupiēre patres, nos eos ipsos esse, in quos re vera fines seculorū deuenerunt. Idem docet selectus Christi amicus Apostolus Ioānes, in prima canonica: Filioli, ait ille, nūc nouissima hora est. Quid hisce tubis vehemētius? quid clarius? quid certius? Hic quippe veritas loquitur. Porro Assyrios, Babylonios, Persas, Medos, aliosque; huiusmodi orbis inuictos populos, quos Mars aliquis seuius, ac fortè plus nimio instabilis toties perturbauit, cōmouit, & immutauit, nunc eos miserè deprimēs, nunc feliciter attollēs, ne verbulo quidē attingere lubet: quāquam tot seculis illis fieri haud potuerit, quin maxima quedam humanarū rerum, legū, linguarū, statuarū, institutionū, rituumque; mutatio acciderit, etiā apud gentilitios illos, quibus ne vllus quidē fidei radiolus, imò ne scintillula quidem

quidē vlla quātūvis minutā eluxit, idq; ob multas & varias causas, potissimū eā ob rationē, q̄ ei sit mortaliū (quicūq; tandem sint) natura, vt in nouatis quibusdā rebus institutisq; adeò delectētur, vt se se etiā vix viuere existimēt, si eodē statu, tramite, ac cardine perpetuo voluātur: quòd iudicio haud quaquam sobrio, sed insania potius, & huic nō minime ascribendū est, mea quidē sentētia. Quid enim magis reb⁹ mortaliū cōmodū est, ac foelix, q̄ illud totis vlnis amplecti, ac veluti sinu quodā fouere, & tenere, quod ad aliquā humanę foelicitatis & nō vituperada cōseruationē, tuitio nem, vel etiam incrementum aliquod abundē facit & pertinet? Taceo de Hierosolymitana illa synagoga (vt hoc loco illud tanquā per trāsennā admittēā, nec sic ab instituto digressus) nihil sanē mirum, si idem perpetuus synagoge illius vultus nō perdurauerit, si velū illud quo summā illius Triadis sapiētia, cōsilioq;, quæ per Christū reuelanda erant, tegebātur, in duas sectū sit partes, & amorū. Ea quippe erat huius rei institutio, vt annis aliquot, suoq; quo cōterā testamēto meliori solidiorq; aliquādo cederet. Nihil aliud sonat illa Pauli ad Hebræos epistola, quā debilitatē, quā infirmitatē, tenuitatēq; illius synagoge: nimirū legis vmbra, bonorū futuroū habetis extremum quendam finē futurū, typos multos auellēdos, figuras, agnos, vitulos, hircos, turtures, passeruculos, varias ablutiones & oblationes, neomenias, ac deniq; ceremonias quāsdā figuratiuas, Mo senq; illū amouendū vetere, qui pēdagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur, & heredes

des simus secundū spē vitæ æternæ, idq; (vt summam absoluā) nō ex ipsa illius obscurioris legis vi, virtute ac energia quadā, sed magis ex promissione: ne gratis mortu⁹ videri queat Christus seruator noster, salus illa nostra, omnium mortalium foelicitas, illaq; Dei summa veritas, vt sic fratres illius Isaac filii promissiōis foelices habeamur. Nos inquam, qui non ex voluntate vel viri, vel carnis nati, sed ex Deo, secundum spiritum ambulemus & nō secundum carnem. Latus est campus, si vltērius calces pertrūsero: etiam loquenti deficere posset hic spiritus. Redēā ad quādā quæ nō nihil succinctē attingerat calam⁹. Inter tot numero tāq; diuersos hui⁹ spatio si orbis populos, nō possum non vehemēter extollere Romanorū, ac proinde huius totius nostræ Europæ veteres, antiquosq; stat⁹, leges, mores, studia, exercitia, ritus, ac deniq; artes multas. Quid enī ō mortales, Europæ huic accidit ab ea ætate, qua in hisce occidētariis finibus, à gemellis fratrib⁹ Roma cōdita fuit? si quēdā spectes, q̄ prospera omnia? q̄ foelicia, q̄ mirē cōmoda, ne dicā prorsus salutaria, cœlestia, atq; adeò etiā prorsus diuina, quę illi tandē per Christum abundē allata sunt? Titus Liuius cuius & Hieronymus ad Paulinū, & Seneca in declamatoriis illis lib. meminere, & foelicē Romā, & quodāmodo ipsam etiā Europā ppter tāæ vrbis excellētā, mirū in modū p̄dicat: ne & Augusti. de ciui. Dei memorē, alioq; cōplusclos veteres lōgē literatissimos. Foelicitati haud vulgari tribuero, q̄ quōdā ap̄d̄ priscos illos Romanos, & ingeniosissimos Europæ incolas, rerū penē omnium facies plerūq;

in melius prouecta sit ac mutata, quæ res & miraculo similis, & futuræ felicitatis non minimū argumentū videbatur, quippe legibus infirmioribus, et minus humanis paulatim labētibus (quod certe segnes ac effœminatos mortalium huius æui animos ignauitæ notat & arguit) haud rarò aliæ humaniores, sanctioresq; mirè felici fidere successerūt. Tāta erat illius Reipub. administratorū industria, tamq; ardens honestos augēdi mores studiū, ager ille plane antea sterilis ac obscurus, mons in quā ille Palatinus tandem tēporum successu siccinituit, resplēdit, & eluxit propter hanc tantā urbē in eo elegāter sitā, vt ibi inuictū quoddā totius orbis sceptrū liberè teneretur, idq; reliquis oībus populis, finibus, climatibus, prouinciis, & regionibus huic Romanæ subiectis ditioni, cuius rei meminit et Ouidius Fastorum libro. 5.

Hic ubi nunc Roma est orbis caput, arbor & herba,

Et pauca pecudes, & rasa rara fuit.

Quò postquam ventum est, Consistite præscia mater,

Hic locus imperii rus erit istud, ait.

Ibi Quirites, ibi Capitolium paulatim cōstitutum est, Patres cōscripti, Prætores, Tribuni, plebiscita, ignis sacer, municipia, quid plura? Nihil nō taliū rerū ibi summū ac celebre quoddā auspiciū traxit ac originē. Demū ad Christū veniarur, qui tanquā Leo de tribu Iuda, & mundum vicit & Iudaicam superstitionem, & gētilitios omnes erotes: nimirū hac via, hoc est cruce sua, expoliens principatū Stygiasq; potestates, haud dubiè, huc attulit, adiunxitq; multò plus splendoris, præstantiorique ordine hic omnium rerum scānam prouexit

prouexit ac cohonestauit, eam quippe plenam Quiritibus ac Tribunis Rempub. quam vix tamen olim lateritiā habebamus, si priscos annos cum his nostris conferamus marmoream, eburneam & verè auream reddidit, status ipsos immutauit, totam rerum inuertit faciem, sed felicissimè: neq; id omne amouit quod honestæ cuiusdam humanitatis erat ipse naturæ autor, sed instituta quædam, perfectiora absolutioraq; per Euangelii doctrinā addidit, quippe antea ibi nūquam audita fuerat hæc vox, Christus, aut illa, Euangelium, Euangelista, fides, charitas, ecclesia, septem sacramenta, sacra vnctio, pœnitentia, Episcopus, Propheta, & huiusmodi quædam alia vocabula, nullus attulerat Philosophorum, nullus Poëtarum ac oratorum: nunc rebus multò melius mutatis, eo loco atq; adeo in tota Europa & Christi crux orbis insigne decus, & Euangelica concio, sacra prophetiæ, sinceræ religionis nouus quidam cultus, diuorum monumeta, veritatis purissimæ regnum, fides, charitas, castitas, cœlibatus, & senatus quidam christianissimus, mirum in modum efflorent. Romulea quoddam fuit Roma, nunc Christiana est. Neronis perperfa est inhumanissimam sæuitiam, at eadem iam diu Christi suauem recepit clemētiam. Diis, deabus, etiam docti Ciceronis ætate, aliorumq; Cōsulum non paucorum, seruiit cæca ac misera, etsi in cæteris sat felix, nūc vnū Deum professa, vnā fidem, vnumq; baptisma feliciter amplectitur. Cæsarianus ille gladius qui in Christi discipulos durè & atrociter sauierat, nunc fortiter cœle-

B

ste de-

*Omnia
per Christum
in melius
mutata
sunt.*



PROOEMIUM.

ste defendit Euangeliū, ne quis ouile hoc disturber, aut cōmoueat lupus ferocior. Perit Babylonia, vt floreret Roma: ruinā passa est Hierosolyma illa, vt Romę Christi vigeret regnū, teste Marcello illo & vetu stisimo & eodem sanctissimo martyre. Interit Synagoga vt viueret Ecclesia, natui oliuę ipsius rami amputati sunt et amoti, vt olea ster radici inferatur, filii regni in exiliū trusi, vt in sinū Abrahami Isaac & Iacob externi quidē ac prius Barbari, & quibus antea non erat annūciatū de Christo, recipiatur vitę æternę heredes. Quid plura? quātū beneficiorū bonitas illa diuina nobis quondā elargita est? quid per Christū non obtulit Patris illius nō dicēda pietas ac gratia? Si paulō vltius progrediar, etiā prudēs omittēs atarē magni illius Martyris Ignatii, aut Irenęi, aut Sauiiniani, Narcisci Hierosolymitani, Cæsariēsis, Polycrati, Bachili, deinde Candidi Arabiani, Tertulliani, aliorūq; protinus oculos salutabunt ac veluti nobis tēporū varios tractus successusq; discutientibus, vtrō sese offerent & occurrent innumera quędā œconomica, generaliaq; cōcilia, cōuentus, synodi, variaq; ac sanctę congregationes, in quibus de conseruanda fide, de moribus iure reformādis, ac velut refingēdis, de sanctis quibusdā legibus ac institutis actū est frequentius: ne Ecclesia, quę quardā veritatis columna est ac fundamētum firmamentūq; ruinā grauiorem pateretur, nimirū nouis semper hostibus, tanquam per insidias enascentibus. Deū immortalē etiāne atates aliquot recensere lubet multō corruptissimas & pestilentissimas, tot nobilibus,

*At atates
pestilentis-
sime
dicuntur
propter
seculorum
pestes.*

PROOEMIUM.

bilibus ac foelicibus annis hactenus adductis, & enarratis? Sūt in prōptu, quos diligētius euoluamus veteres oēs authores, scripturas quoq; excutiamus oēs, deinde oēs humanarū rerū tractus, historias, ac veritatē cōsulamus, tēpora ipsa, atatesq; diuersas prospiciamus, & hoc pręsens aui libeat sedulō cōferre cum annis illis priscis, quid discas amabo? quid hic reperias præter mutata omnia, & sanē in peius semper mutata & versā? Quā rē, vt maximē celesti illi inscrutabiliq; Dei consilio ascribamus, tamen vsq; adeo magna admiratiōe alioqui stupidos mortalium animos mouet hæc subita, & à nullo expectata tot rerū in nouatio immutatioq;, vt videantur nōnulli hodie huius rei varias rationes & causas miris modis argumētisq; expiscari velle. Huius fabulę authores introducit Salomon. Hęc in quā sic loquētes adducit: Quid causę est q, priora tēpora meliora fuerunt quā nūc sunt? stulta est, inquit Sapiēs, huiusmodi interrogatio. Quid ita tandē? quid hoc stultū est? nimirū quod vel Sole clarius res ipsa, causa oīs ipsa, ac ratio oībus eluceat, fieri haud potest vt quoniā apud nos nō est eadē illa pietas, quę quondā apud veteres illos effloruit idem sit tēpus, eadē aui nostri foelicitas ac prosperitas. Hoc nihil verius, profectō atas foelix est, lex euāgelii suauis est, nec molestias adfert tantas, vt iugum illud legis antiquę: orbi pax enata est, lux in tenebris lucet misericors & miserator Dominus, filii sumus diei ac lucis illius celestis, quę occasum non experitur vnquam. Cur tempus prosperum, infœlix ac durum

*Ecclesię
7es. 7.*

PROOEMIUM.

reddimus tot impiis & nullo iure tolerādis operibus? Quid animoū quietē & trāquillitatē, quid pacē illam, ad quā oēs mortales etiā natura aspirāt quodāmodo, tāta ira, tāta ambitione, ac insatiabili cupiditate perturbamus? Quid spiritum Domini extinguimus, in quo signati in die redēptiōis nostrę sumus? Quid pphetias spernimus cæci, & non potius attendimus sermoni cuidā prophético, tanq̄ lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec Lucifer elucescat in cordibus nostris, oriaturq̄; in nobis dies ille, qui teste D. Petro, dies veræ & æternæ claritatis est, ac felicitàtis perpetuæ. Consideremus quid in Europa ab hinc annis etiam octingentis acciderit. Illud compertum est, Italiam à tempore Apostolorum & audisse Euangelium, & aliquo modo cōuersam fuisse. Germaniam quoque paulatim ad Christum venisse, eiusque nunc hanc, nunc illam prouinciam Euāgelii diffeminationē admisisse. Hispania etiam quod non paucas habeat partes, non eodem tempore vbique locorū Christi gloriam ac numen recepit. Nonnulli dicunt, primū Nauarram, deinde Aragoniam postea & Lusitaniam fidem suscepisse, nam ipsa Granatiam anno millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, tandem Christianismo addita fuit. Gallia ætate Clodouei anno 499. Euangelicam gemmam apertis amplexa est vlnis. Anglia anno 660. Christianam religionem regnante Edelberto cepit magnifacere. Boëmia sub Vladislao, Dania anno 825. Polonia anno 965. Scotia magni illius Eleutherii Papæ æuo. Horū omnium regno-

PROOEMIUM.

10

regnorum status ac mōres per ociū hodie diligenter quotquot sub sole extamus, excutiamus: dicas pene totum hunc orbē inuersum esse. Anno siquidem à Christi passione septingentesimo fides Christiana, quam maximē apud populos Occidentales effloreat feruebatque, nimirum dum Christi & cœlestis Euāgelii genuinus ille & ardens cultus, apud Orientales plus nimio mirum in modum & languescere & tepescere inciperet, ea scilicet ætate qua Romanum imperium etiam nescio quid metamorphoseos ac diræ ruinæ perpeti videretur, Gothis quibusdam, apud Occiduos, & Saracenis recens natis apud Orientales, non paucis locis tūc dominantibus, cuius rei causa fuit Romanorum, vt asserūt complures, nō dicenda quædam auaritia, qua minimē tenebantur, cū eorum floreret foelix scepterū. Radix quippe omnium malorum est cupiditas, teste D. Paulo, quæ pro dolor iam pene totam Christianorum Rempubicam vbique locorum in interitum quædam ac calamitatum auerum detrusit ac demersit. Libeat inquam omnē Europæ faciem, statum, ordinemq̄; ab illis ætatibus æstimare ac excutere, quidque non per omnium sed per quorundam impietatem orbi acciderit, nam per pios ætas sit melior. Ille tantus, tamque ardens Christianæ fidei ardor, Euāgelii honor ac sinceritas, qua lege nihil purius, pietatis veræ cultus, qui animorū ornāmētum est, Christiani instituti sancta professio, spiritus sapiētia, spiritus sciētia ac timoris, legū diuinarū religio, canonū authoritas, amoris erga Deū optimū maximum

*Multorum
frigescit
pietas in
ijs que
sacra
sunt &
saluati-
ua.*

efflorens vigor, zelus Christi, zelus domus domi-
nicæ, sacrosanctæ ecclesiæ iura, norma, ritus, præ-
cepta catholica et instituta, leges omnes quas no-
bis proponit & crux & cathedra Christi, eccle-
siastica officia, gradus ac sedes, præscorum Patrū
monumenta ac memoriæ, sabbatorū religiosa ce-
lebratio, ieiuniorū inconcussa inuiolabili sq; san-
ctificatio, diuorū oīm veneratio, cultusq; sacrarū
ædiū existimatio, charitatis veræ ac mutue studiū
ac nexus ille, et huius generis multa. Non tati ho-
die apud nos fiunt, nec in tãto sane habetur præ-
cio, ac honore, q̄ Christus ipse præcepit, ac ratio
omnis postulat: & tamen nihil ò Christiani peri-
culosius, q̄ hisce in rebus, et grauius errare et sine
frõte labi. Adde quod et nõnullã metamorpho-
sin, aliquot saltẽ locis, etiã iū status perpeti viden-
tur, in quibus apostolicã enãgelicãq; ac oĩbus
absolutã numeris vitæ pietatẽ perfectionemq; vi-
gere oportuit, nec vt olim, illi oēs regno Sātani-
co carni mūdoq; mortui, Christianæ cruci viuūt,
qui tamẽ sincerã quandã, et nulla graui labe con-
spurcatã religionem profitetur, & tamẽ (vt alios
fileam qui tẽpla ac monasteria amplissimis reddi-
tibus ditarūt) quidquid principes illi, Dagober-
tus, Clotarius, deinde Pipinus, Carolus Magnus
clara illa Bathildis, aliiq; monasteriis tribuerunt
quondã, præterea Ludouicus cognomẽto Cras-
sus, cuius ætate Cluniacensẽ monasteriū originẽ
traxit, nimirū Hadriano huius nominis secundo
Romanã sedẽ occupãte, ac Carolo vulgo Simpli-
ci nuncupato regnate, quidquid in qua hi & in-
numeri obtulere, eam ob rem factū est, vt homi-
nes

nespiū mūdo mortui, Christo viuerent, quo etiã
tempore Prẽmõstratensium, insuper Templari-
orum, ac D. Bernardi ordo initium ac non vul-
gare incrementū sumpserẽ. Quid refert D. Bene-
dicti tẽpora retexere, quotq; annis durarint iam
eius vestigia? Frigescit vitæ seueritas & rigor ho-
die apud multos. Nec est qui neget, ò malū, non
auditur presidẽtib; ac maioribus tãta patiẽtia,
prõptitudine, beneuolentia, timore, humilitate,
tãta charitate, quãta quondã apud veteres. Vbi
tam ardẽs fratrū sese fraternẽ cõplectentium affe-
ctus? vbi amoris etiã Christiani tã firmū gluten?
vbi sui abiectio, ac contẽptus? Plus erat sobrieta-
tis, minus gulę, cultus ac vestitus, ipsi, & cibus et
potus propius ad verã germanãq; religionẽ acce-
debãt, tegebatur per necessitatem corpus, hodie
nulla status habita ratione, ceu idolū quodã præ-
ciosioribus pannis ornatur etiã ab iis quorū erat
humili filo plebi sobrietatis exẽplū proponere.
Deinde naturæ nutrix castitas ac pudicitia, vota,
quę distinxerãt quorundã hominū labra, quum
hinc vera illa animorū mundicies enascatur, reli-
giosius seruabat, ne qua interueniret labe. Deo
placebat fidelis promissio: nã illi, q̄, solus verax,
ac natura veritas sit, mendaciū esse gratū non po-
test. Maior erat legis audiendæ auiditas: hodie ple-
rique oscitantes, ac velut aliud agentes domini-
cis concionibus interfunt, plus honoris & Ec-
clesiæ ministris, & ætate senibus deferebãt præ-
ci progenitores, hodie non Episcopis ac sacrifi-
cis modo vix villa est ac datur reuerentia, sed nec
proh dolor salutifera illa catholicę Ecclesię sacra-

menta (vt decens est) veneramur ac suspicimus. Olim multò crebrius accedebat populus ipse ad sacro sanctam synaxim; hac ætate vix etiam solennissimis diebus acceditur ad purgandam malorum, sentinam, trahiturque velut funiculis peccatum, si lubet Prophetæ verbis vti. Leuius sæuiebat Mars quondam, plus erat inter monarchas cõcordiæ, minus erat regnandi cupiditatis, hodie in plærisque locis ius omne torpet, silet æquitas, (sunt enim regiones aliæ aliis corruptiores) murus est magistratus, apud nonnullos leges lugent & languent, ac denique apud eos qui ius oderrunt omne, nec Deum timent, extollitur scelerosus, & innocentem torquet vel inuidia, vel pauperies. Si quis Deum publico crimine in multorum perniciem, iuramento, blasphemia, aut grauius offenderit, impunè hæc omnia perpetrat aliquoties. Hic videas præposterum ordinem: si quis forte principem aliquem vel verbo lædat, capitis postulatur & acceritur, nec sane tanta est xenodochiorum apud quosdam hospitaliumque domuum, tamque diligens administratio, vt hic antiquos illos non desideremus. Ante annos viginti repertus est à Flãdiis modus quidam quo optimè consulitur pauperibus, cautum est vt suos quæque ciuitas alat egenos: laudo quidem, modo sic fiat, vt vere indigētibus succurratur, ac pro viribus curemus ne quis per nos extremam famem, inopiamque ac necessitatem patiatur. Iam legum ciuiliū iura, præterea ciuium ipsorū, nobilitium, agricolarum, egenorum, liberorum ac ingenuorum, & seruorum ac omnium si quæ iura fuere

ra fuere antiquitus, hodie paulatim nescio quid ruinæ minitantur. O prodigia, nouæ enascuntur mensæ, quid enim hic non nouum? nouæ potandi artes, quibus naturæ nihil nocentius, noui luxus in theatrum se protrudunt. Ad hæc noua vasa, canthari, vrceoli, cyphi, quæ omnia sæpe mōstris sunt non dissimilia, quum tamen hac elegantia non pauci suas mensas commendent ac exornēt, noui quidam frontis, superciliorum, vultusque totius gestus ac colores nonnullis placent, insoliti cultus ac vestitus antea nec nati nec recepti, adeo vt lanio vilis regia purpura indui velit. Mortalium linguæ non carent quoque metamorphosi, & si hoc æuo sincerius, & Græcè & Latinè scribantur libri, quam anno à natiuitate Christi. 1200. quo tempore dixisses omnem Latini sermonis elegantiam velut sepultam exulare apud Garamantes, aut Scythas. Petrarca vir eruditionis non contemnendæ, qui postea, nimirum anno. 1300. toties orauit ac docuit publicè, illi sculo admirabilis, Musas pereuntas reuocauit alacriter: hunc secutus est Leonardus Aretinus, Franciscus Philelphus, Laurètius Valla, Æneas Syluius, deinde multò post successere viri doctiores, Rodolphus Agricola, Ælius Antonius, Iodocus Badius, Despauterius, vt taceam quoties etiã impetrati quidam poetæ stulto acti furore, Romanam hanc linguam sordidarunt, quibus opponimus ad sermones latini decus, Aufonium, Priscianum, Prudētium, Iuuenicum, Sidoniam, Mátuanum, aliosque; haud ita paucos numero, quorum opera factum est, vt multa quæ cecidere vocabula renasceren-

sceretur. Quot modis ac formis hodie quoq; in nouatur apud Gallos phrasis, lingua ipsa et scriptura? Si quaedam spectem⁹ artes mechanicas, quaedam instrumentorum genera, quae utinam tam apte Reipu. Christianae & conueniant & seruiant, quam vehementer multis placent, erit quod miremur, propter tam peregrina rerum monstra, quae in auras eruperunt; praeterea si sobrio iudicio, quibus animis ac artibus merces quaedam a suis mercatoribus tractetur, inspexerimus, quataq; sit hic non fraternae ac Christianae agendi voluntas, quae & qualia emporia quaedam, quos morbos, quas nouarum pestium species obortas videam⁹. Adde his omnibus? Veri insolitum, Aestatis insuauitatem, ieiuni Autumni sterilitatem, Hyemis saeuissimum rigorem, & ante tempus nata frigora, calores aliquando pestilentissimos, pluias immodicas, imbres non necessarios, tonitrua vehemensissima, Oceani, ac fluminum periculosissimas exundationes, quid hic dicemus mortales? an ne omnibus nobis, adhuc tam e cecis, Domini iram supra modum commotam haec omnia clarissimè ob oculos ponunt? Deum immortalem (ut & hoc repetam) quantum decidit, quantum detractum est vitae mortali? Quam breues, & quam iidem miseri sunt huius vitae anni? quam vagi quam incostantes, nunc huc nunc illuc exorta forsitan aliqua fortuna tepestate rapimur. Me hercle hic Euripi cuiusdam Polypici; venit in mentem, nec Proteo illi aut etiam Cameleonti alicui dissimiles videri possumus, ut plane tenacibus illis vinculis sit opus, quorum meminit doctus Maro, quibus scilicet stringamur, ne tam varie tamq; incostanter dif-

diffuamus. Quam frigidi, tepidi, inertes ac deniq; ignaui sumus nos mortales? quae rerum generatae quae et haud raro qualia matrimonia, & a quibus, & ob quas causas contrahuntur hodie? quae nam regio viqua sordibus vacat? quae ciuitas non est vitiorum monstris deturpata? quod municipium non sordet pestibus? quae plateola, quae domus non alit ac nutrit sua scelera? quis locus Christi verum spirat odorem? quis status grauibus noxis non offendit? quod caput non moerens, et quod membrum non languidum? vbi sanitas in corpulculo? An pes, an manus, an digitul⁹, an vllus vel exilis neruulus est, quin quodammodo habeat aliquid familiaris veneni per infaelices temporum successus contracti? Sic loquor ut ingentem impiorum quorundam hominum ostendam colluuiem, qui mores antea probos consuetudine corruerunt, id totum plane, ne dicam peius, meo quidem iudicio nobis accidit, quod illi praesae turbae Israeliticae. Eodem lapsi sumus, ac decidimus, si quis historiam desideret, Psalmum illum. 77. Dauidis perlegat, aut Testamentum euoluat vetus, vbi variis locis ea de re fusissimè agitur: Charitati valedixit maxima pars orbis Christianorum, sincera pietas, stabilis, ac firma quaedam fides, sanctum verum ac diuinam sophiam illud studium, pax omnis, sobrietas, nitens illa & Evangelica castitas, breuiter salutis verum cura sollicitudoque omnis, hodie a non paucis pelluntur in exilium Bacchi, Veneris, Martis, Priapi. regnum videntur multi mortales reuocasse, mortemque ipsam, quam Deus non fecit, qui vitae fons est,

*Scelerum
tyrannis
& frequentia.*

est, totis vlnis, manibus, pedibus, & apertis buc-
cis euocatam reduxisse in auras, foedusque ac pa-
ctum (vt dicit diuinus ille vates) cū inferno perfe-
cisse. Dæmō ille, cui⁹ Dominus in Euangelio me-
minit, nunc per coelestes illas tubas, nuncios ac
Prophetas, nūc per legis acceptæ instituta, ac mi-
nas quasdā ab orbe eiectus est non raro, sed proli-
dolor, idem assumptis septem aliis se multo ne-
quioribus, in illam domum vnde exilierat, falla-
ci pede crebrius recurrit, nihil non depopulans,
deuastans, & disperdens in miseris ædibus, quas
semel sua tyrannide occupat ferus hospes, hacq;
via fit, vt posterior hic stat⁹ priorē illo multo pe-
ior ac pniciosior reddatur. Quoties vomitū repe-
tit canis immundus? quoties foeda sus, & amica
luto, luti volutabrum? Itāne nulla ætas, nulla Dei
beneficia, quæ tanta, & tot numero asidue susci-
pimus, nulla fortuna, nullus morb⁹, nulla mors,
nulla illius futuri iudicii memoria, nullū os, nul-
la legis enucleatio expositio que, vox nulla, nulla
tuba, quosdā pertinaces à vitiis retrahit legi cui-
dam peccati sponte addictos? Quæ tanta eor-
um pertinacia, vt sic perpetuo libeat in peius ac
deterius prolabi cæli & diuorū omnium imme-
mores? Cur prisorum moribus tam impuden-
ter, tam infelicitè ac miserè degenerant non-
nulli tandem. Hic mihi in mētem venit illius Ce-
cropiæ vrbs philosophorum celeberrimæ, quæ
Atheniensis ciuitas à cōpluribus ciuibus nuncu-
pata est, aliquando & Mopsopia à quodā Mop-
so dicta, & à Iosepho etiam Ionia: locus ille in-
constans multos ciues, & Sophos aluit, vt va-

rii authores scribunt, sapius & nomen & leges
mutauit, neque enim perpetuò ibi Solonis phi-
losophi cuiusdam mirè sobrii leges effluere, at
factum est, vt & externorum aliquot aduenarū
admixtu & annorum successu, paulatim legum
illarū omnis deprimeretur cultus, vix etiā maxi-
mis ac præcipuis præceptis integrè seruatis, quod
& Laconibus illis siue Lacedæmonis vsu venit,
qui Lycurgi vocem ac ferulam præceptaque om-
nia veluti iureiurando his astricti, nonnullis an-
nis amplexi sunt: verū multis in vtranque au-
rem dormientibus, hoc est Reipublicæ illius ad-
ministratores accidit, vt legum omnis langue-
ret vigor, ac decideret maiestas, vix etiam aliquo
circumspecti illius Lycurgi monumento posterita-
ti referuato, demum ad pristinam infaniam re-
uersum est paulatim. O malum, qui factum est,
itāne Græcorum decus interit Lacedæmonius
ille populus, quem clarus ille tot institutionum
author tantopere ornat⁹ sepultus est Lycurgus,
& sepultæ sunt leges, priusquam ille eam Répu-
blicam administrandam suscepisset, colluies il-
la quam proximè ad brutorum animalium mo-
res, & naturam accedere videbatur, nec erat po-
pulus apud Græcos vllus intractabilior, inhumana-
niorque, etiam vix vllum vllius rationis vsu m
rens, nec mirum eo demētia, vnde exemptus ex-
cussusq; fuerat, denuo tandē relapsus est. Quid
quod Rhadamāthus omnium primus, nonnulla
arte crassa illa Creten sium capita excoluit, initio
inhumaniora quædam amputans, hunc quoque
Minos secutus, veluti manu accepta falce, germina in-

na innumera haud scio quorū vitiorū scelerūq;
 euulfit iudex apud eos satis seuerus. Iā quis ne-
 scit illos ad primas sordes reuolasse, quos etiam
 D. Paulus malas bestias, & ventres appellat pi-
 gros? Quibus argumētis lucidius pleniusq; pro-
 bare possem mortaliū ingenia inconstantissima
 esse ac instabilia, quæ perpetuò ad peius quiddā
 vergunt & prolabūtur. An obsecro id accidit, vt
 hac arte sese libera profiteantur, dū generosiorū,
 sanctorumq; hominū leges & præcepta non se-
 runt? An sic ad libertatē nitēdum est. Atqui tunc
 maximè libera dixerō ingenia, nulloq; turpis ser-
 uitutis iugo pressa, cū vitis et noxiis pestibus ac
 internis morbis profus carent, cumq; legum im-
 perio mentes alacres parēt. Quo enim hac via enī-
 tuntur, qui Rempub. honestis quibusdā legibus
 excolūt, & ornant, quam vt populum è seruitu-
 te in libertatē quādā cōuocent? Non lædit lex
 iusta quenquā iustum, sed iuuat, sed seruat, sed
 fouet. Quo tādē deuenit Europa hæc nostra, dū
 in ea pleriq; nec Christi, nec Mosi, nec vllius præ-
 sidis siue Ecclesiasticus sit, siue Laicus, legibus
 quamlibet facilibus piisq; stringi patiuntur sibi
 ceruices plus satis duras? Dum quidquid mode-
 stæ probitati affine est, conuellunt superbi, dum
 beneuolentiā, morum integritatem *φρόνησιν ἀρε-
 τῆν δὲ εὐνοίαν*, deinde procliuem illam ad quoduis
 pium opus facilitatē, illud deniq; seruens earum
 rerum, quæ nos verè beatos foelicesq; reddunt
 desiderium in totum abiecere. Nimirū id ipsum
 ante annos complures diuinus ille Pauli spiritus
 & præuidit & .i. Epist. ad Timoth. capite 4. &
 poste-

posterioris cap. 3. prædixit, adducens locum, qui
 est Exodi capi. 7. ne & diuum Petrum addā qui
 2. Episto. capi. 3. ac deniq; Iudas testati sunt, tale
 hominum genus exoriturum. Hæc est illa vespe-
 ra, illa noctis illius obscuritas, ab omni viua luce
 longè alienissima, quæ illos non parturit fructus,
 quos tantus ille Apostolus, nunc lucis, nunc spi-
 ritus fructus appellat. Multorū mortaliū oculos,
 ea nox obscurat: nam qui dormiunt, ait idē Pau-
 lus, nocte dormiunt, et qui ebrii sunt, nocte ebrii
 sunt. Illi veri sunt Endymiōes, noctuæ ac tenebra-
 rū noctisq; filii. Vbi non operarii subdoli (de he-
 reticis loquor,) vbi non latrant canes, qui videri
 nōnullis locis volunt, quasi sint iustitiæ ministri,
 lucisq; filii? Quæ metamorphosis? quàm inuerfa
 sunt omnia? qualis, qualis inquam est hæc totius
 Europæ facies? qualis vultus? quis color, quis,
 qualisq; hic stat^o omnis? Si lubeat scelerū sordes
 ad amulsim excutere, nō eā his coloribus pinxē-
 re, ac eam talē exhibuerēt diuini illi precones, va-
 tes, Prophetæ, Apostoli etiam aliquot: nam olim
 Petrum habuit & doctore & summum Ecclesiæ
 apicem presidemq;. Præterea Paulū, qui se Gen-
 tium Apostolum nominat. Habuit et Iacobum,
 Dionysium illum diuinum, Irenæum, Grego-
 rium, Ambrosium, Athanasium, Leonem illum
 Magnum doctorem, Bernardum, Fulgentium,
 Hilarium, Anselmum, Ioannem Gersonem.
 Quis finis si quis adducat veteres aliquot, Poë-
 tas, Philosophos, Oratores, Boëtium, Senecam
 tot graues cœlestesque viros? tot Augustinos,
 tot Chrysostomos, tot Origenes, tot Cyprianos,
 quos

quos omnes diuina emittit bonitas, idque in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, nempe sic orbi cõsulens, veteribus nouis succedentibus, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: videlicet superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ac excussa vetustissima illa terreni Adami pelle, in dies magis ac magis aucti foeliciter crescimus in scientia Dei, ædificemurque, vt loquitur Paulus noster, in habitaculum quoddam spirituale, & iusticiæ viuamus: vt ii scilicet qui sunt alterius, qui ex mortuis resurrexit. Quantũ ad ipsius Europæ sitũ attinet, vt hic tribus verbis absoluam, ne diutius immorer, quum mei instituti non sit hanc rem prolixius describere, eam liquido constat, testibus vetustissimis quibusdã scriptoribus, ab vniuersa Asia Tanai amplissimo fluuio disternatam esse & separatam, non aliter quàm ipsa Africa per Nilum tanquã per certum quendam limitem ab Asiæ latis finibus separata est. Adderem quẽdam, sed animus nõ est, quorsum enim attinet hisce peregrinis narrationibus & tempus omne, & calamos, & chartam etiam ipsam terere? Porro de origine huius nominis Europa, alii aliud, atque aliud adferunt & somniãt. Dicunt nõnulli Europã sic appellatã, ab eleganti illa Phœnicũ regis filia, quæ Europa passim nuncupata fuit, cui iudicio & ipse lubes subscribo, non ignarus eos qui hæc dixere tam fuisse graues, historiarumque peritos ac doctos, vt multis partibus eos superent, qui aliud aliquid

hac de

hac de re leuiter conscripserunt, sic præmittere vifum est non nihil hac de re, de hoc inquam omnium personarum, actorum, statuum, ordinum, temporum, ætatum, rerumque omnium vnico theatro: tot vici, tot rura, agri, montes, valles, regiones, regna, climata, prouinciæ, portus, sinus, paludes, lacus, quid aliud sunt quàm ipsa Europa, quæ his omnibus tanquam corpus membris quibusdam simul coniunctis, integra consistit? Rursus hæc Europa, quid aliud est, quàm quoddam (vt iam diximus) theatrum, communisque locus, vbi hæ & illæ personæ, hæ facies, hæ leges, hi gestus, mores, ritus, instituta, acta, & vt semel dicam, omnium mortalium opera exhibentur, vbi tota planè fabula peragitur, vbi tota scena suos habet actores, suas partes, prothasum, epithasum, colophonem: vbi inquam, nauis integra proram habet, puppim, ventrem, medium, sentinam, sinum, vela, & antennas, vbi etiã videas certos polorum gradus, globos, circulos, dimensiones, polorũ eleuationes, ventorum diuisiones, rerumque mēsuras, quod Theatrum ex philosophis illis veteribus nonnulli diligentius excutientes ac inspicientes, iudicarunt infœlicissimum esse, si quis in eo hominum calamitates videat, ac miseras consideret: quamobrem illi sibi persuaserunt, potius in hac vita stendum esse, quàm lætis animis ridendum, gestiendum ac gaudendum. Inuenias qui digito premunt labra perpetuo muti, alios videas tristes, ieiunos, mirè sobrios, alios assiduò madentes fletu: quid ita, nisi vt ingeniosi diuini que viri illi edoceant ac indi-

*Tres scæ
ne partes.*

PROOEMIUM.

cent hunc totum orbem calamitosum esse, malisq; haud ab vlllo mortalium enarrandis, contaminatum. Homerus huius aui asperitatē, formęque hominum acerbam, duramque describit: idem Plinius exprimit, aliique veteres ac magni auctores, neque dum initio tot vrbes, tot flumines, regiones, regna, prouincias, insulasque adfero, alium libuit seruare ordinē, quum hic non totius Europę sitū, ambitus ipsos, aut etiā sinus medios aut septa aut fines depingamus, sed regiones ac loca quædam, in quibus cōpertum est innumeros mortales hodie ab incorruptissimis patrum illorum progenitorum moribus, mirum in modū degenerare, idque per nouas quasdam scelerum species exortas, mortaliumq; inuētas impietate. Habet & hodie pietas suum precium, suum quædam honorē, nec desunt in orbe etiam pleriq;, qui verē, sanctē & catholicē Christum colāt. Sed quo enitumur quæso huius libri argumento, nisi vt illud planē esse verum ostendamus, quod sua ætate prædixit Paulus: Refrigescet charitas multorum, & abundabit iniquitas. Eam ob causam potissimū huius infelicis aui improbamus, quam nulli non apertissimē vident, impietatem: vt qui verē pii sunt, tantō ardentius veluti addito calcare, vno poti motique spiritu, ac eodem quodammodo charitatis Euāgelicæ nodulo cōglutinati, ad cœleste illud cōcurrant brauium, archetypumq; Christum, contemptis iis quæ sua mole animos onerant, & liberius & leuiore pede sequātur. Deinde vt qui parum Christianis aut etiam improbis corruptisq; moribus

PROOEMIUM.

17

ribus licentius hodie offendunt, saltem illud nō ignorent, quā procul absint à patris progenitoribus, quāque grauius, summam illam bonitatem in suam perniciem, inque sua capita cōmoueant ac prouocent. Hic ergo codex eō nititur, vt sceleratorum quorundam qui nostræ ætatis splendorem dedecorant, mores nonnihil improbet, quod ingenio sis ac piis,

vt patebit facili, ita eorum
calculo (ni vehementer fallor) probabitur.

C 2

SCÆ-

SCÆNA RERVM MVLTVARVM INVERSA,

idque potissimum quantum ad corruptissimos quorundam mortaliū, qui hodie viuunt, mores attinet: sed primum ipsius Europæ nonnulla quædam descriptio, Authore F.

Adriano Hecquetio Atrebatino, Carmelita, Theologiae Baccalaureo.

EVROPAE SITVS AC STATVS.

INuersos hominum mores, corruptaq; profusus
Tempora, & instabiles æui depingere tractus
Fert animus, fatumq; orbis, sorteq; sinistram.
Pierides, quid vestra vocem sacra numina? quid te
Lauriger, exculti qui carminis author Apollo es?
Quid mihi profuerit Ciceronis lingua? quid ille
Vergilii stylus, aut Phœbi sacra musa fluentis?
Christe faue, tu das neruos, cytharamq; sonantem:
En tacet os, torpet calamus, nisi moueris omne
Ingenium, pulseq; tuo meca pectora plectro.
Ficta Poetarum fucato numina vultu
Aut Daphnim, inuentasq; Deas, Driadesq; puellas,
Vel fontes, vel aquas, calamos, laurosq; videntes

Non


INVERSA.

18

Nō cano. Quam stultū est hac muta aspergine versus
Deturbare suos, & monstris talibus artis
Detrahere egregios, quod nemo probabit, honores?
Non est ille animi scopus, exardensq; voluntas:
Quæ vires velut inuitas, & pectora cogit.
Huc ades, inquam, hominum fautor, nostriq; benignus
Pectoris afflato studium, mihi dulce pœma
Adfer, & ingenio optatas concedito vires,
Quis sine te quidquam scribat? quis fecerit vllum
Vtile opus? tu das artes, tu mentis acumen
Subsidio statuq; iuuas, mea casta Camœna
Viriculis inmixta suis ceu mortua dormit,
Illa tuam Deus optat opem, ceptare nec audet,
Quin prius imperio iubeas, venamq; manumq;
Addideris, quæ fatiloquo seruire Poeta
Possint, atque sacras dictis fulcire Camœnas.
Annue, mox versus solito correpta furore
Exprimet, & niueis inscribet carmina chartis,
Articulos attinge manus, fac tempora scribam,
Mutatosq; status rerum, Europæq; fluentes
Cursus, atque novos quos ætas impia mores
Attulit: heu dolor, heu rerum mutabilis ordo.
Totius est nostri scæna immutata theatri:
Inuersa est rerum facies, nec pristinus ordo
Floret, at infelix pertransit maniter ætas.
Quis dicat, quoties vultus mutauerit olim
Protheus, diuersos singens in fronte colores?
Eheu quam variè, & quoties vultum inuouat orbis,
Cardinibus nulla est solidis Respublica nixa,
Nec sunt perpetui ritus sub Sole, nec artes.
Rura simul passim bene discutiamus, & vrbes.
Nullos æternum mores durare videmus.

C 3

Æui



*Æui successu nulla inuiolabilis est res,
 Quæ velut inconcussa manens, intacta quiescat:
 Sed sensim emoritur, pulsa impatientibus auris
 Voluitur, & rotitat sese, hic agitabilis orbis,
 Nec rerum formas æternùm seruat easdem:
 Flexilibus nervis mortalia fata mouentur.
 Parcarum est gradus instabilis, mors addita rebus
 Imperat, ac prorsus nostræ est inimica quieti:
 Occupat hoc mundi miserum, infelixq; theatrum.
 Clarius id Sole est, patet & vel plenius astris:
 Non eadem facies semper manet addita rebus:
 Quodq; magis mirum est, atq; intolerabile fatum,
 Labitur in peius rerum status, ipsaq; semper
 Vergit ad omne genus natura sinistra malorum.
 Quid facias? quis enim fluuii compefcere tractum
 Possit, & imbriferos digito restringere ventos?
 Quis teneat rerum cursus? quis alacria fluxæ
 Brachia natura, quæ flatilis euolat instar
 Fulguris, aut iacti duro de turbine nimbi?
 Alatis fertur pedibus, rapidoq; volatu
 Tempora laxatis sequitur, ceu lubrica habenis,
 Non vlla reprimenda mora est, stringenda nec arte.
 Est igitur sub Sole isto inconstantia rerum.
 Quo properas atas? quo sic impulsa moueris?
 Ecquo te motus tempusq; volubile pellit,
 Quid tempus dixere Sophi? quid iure vocarunt,
 Quam quendam motus numerum instabilemq; leuemq;
 Mensuram atatum, quæ labitur vt celer annis,
 Quæ fluit & refluit, tenuiq; fugacior aura est.
 Motus edax hominum vultus neruosq; rucellit,
 Adducit senium, vernos ex arbore flores
 Discutit, & teneras in pratis conterit herbas,*

In ci-

*In cineres Chalybem vertit, cauat aenea saxa:
 Nec rebus parcat, nec comprimit Hercules vlla
 Lege pedes, rebus finem extremum omnibus adfert.
 In varias olim mutabat corpora formas,
 Arteq; mirifica mouit sua pocula Circe,
 Inuertebat equos in oues, toruosq; leones
 In placidos agnos, hominesq; animantia fecit
 Aspera, ferosq; sæs, sues mutabat in vsfos.
 Hos rursus mox dum voluit vertebat in angues.
 In summa res difficilis factu haud fuit illi,
 Quid minus efficitur fatorum viribus? an ne
 Dixeris in rebus secretum numen inesse?
 Sic species natura suas transformat, & illas
 Mutat & effingit, nec tanto est fessa labore:
 Nobilior tamen est natura inuicta potestas,
 Quam quæ debuerit Circe vilo iure videri,
 Nec monstro similem rem tantam dicimus esse,
 Quamquam sæpe solent varia sub imagine vates
 Res quoq; mille modis, formis & mille figuris
 Aut tegere aut calamo audacter deducere aperto
 Ni Circem dicas vermem, quæ cogit acuto
 Calcare mortales, mutare annosq; diesq;
 Paulatim arrodens neruos & pectora fati:
 Vim quandam appello, vel nonnullam illius artem
 Criminis attracti natura, cuius iniqua
 Impulsu variè vexamur, & angimur omnes,
 Sic velit aut nolit natura suum gerit hostem:
 Nam nisi nos scelerum pestis tenuisset, haberet
 Vita dies sine morte aliqua & languore quietos.
 Intercà hoc commune solum, commune theatrum
 Persistit, nec habet quicquam, nisi tristia fata,
 Tristia iure voco, quid enim durabile profert?*

Quid nō
 potuit
 Circe?

Homo te
 sicut Iob
 est tan-
 quā ve-
 stimen-
 tū quod
 comedi-
 tur à ti-
 neda.

C 4

Quid

Quid felix? actus miseris diuersaq; monstra
 Exhibet, & varias personas, innumerofq;
 Actores, tamen æternum Salomone vel ipso
 Iudice, terra manet, solius numinis illa
 Imperio pendet rerum firmissima sedes:
 Nec finem acceptura suum est, nisi iusserit ille,
 Quem summum authorem colit orbis, & esse fatetur
 Causam, quam dicit pietas antiqua, supremam,
 Et fons & finis terrarq; poli q; vocatur.
 Nunc vbi tu Naso es, qui doctè carmina & artes
 Enarras, recinis, formas, & corpora & omne
 Mutandi genus, atque modos immitia monstra
 Verbis amplectens hominum, volucrumq; figuras?
 Hactenus id satis est, libeat discernere partes,
 Nobilis Europa, diffusaq; climata quædam.
 Hæc dominatrix est spatiosi totius orbis:
 Hic vrbes sunt magnificæ, celeberrimæ sunt hic
 Oppida, quis terras, quis regna amplissima narret
 Scripro? quis rerum tot, tanq; superba theatra?
 Primum sunt Italis Florentia, Parma, Cremona,
 Mantua prædiues, turrita Bologna, Sena
 Bellax, & Padua obscuris cincta vndiq; hilis,
 Et pingui Vincentia agro, pugnaxq; Rauenna
 Ciuibus insignis, Placidoq; Placentia caelo:
 Et Genua amplectens piscosos florida portus:
 Parthenope insignis, fecunda vrbs nobilis vnda:
 Omnibus his meritò adiungas Venetosq; madentes
 Equore, Christi gentis, dicas verè vtile litus,
 Et Medilana arcis ciues, turresq; domosq;
 Sunt aliæ atque aliæ Latius regionibus vrbes,
 Quæ sua in omnigenos sparserunt nomina fines,
 Et quarum decus antiquo splendore relucet.

Hic

Hic caput orbis habes Romam, cui mœnia struxit
 Romulus ille potens, proprii qui sanguine fratris
 Legis iure tenax, plateas murosq; rubentes
 Reddidit, hic amplis Capitolia sedibus olim
 Atque Quirinales fascès celebremq; senatum
 Facundi tenuere viri, diuinq; Catones,
 Quorum consilio, factis armisq; timendis
 Orbis honos creuit, rerumq; est aucta potestas
 Vtque adeo, vt maior Romæ floretet honestas
 Et Sophiæ cultus, quam Græcis extitit oris
 Olim, cum primos vix nata scientia ad ortus
 Venisset, nondum mortalibus agnita multis.
 Gallia Parisios, Lugdunum habet & Rothomagum
 Mœnia Biturica, & Tholofica, & Aureliana,
 Turonensem urbem, Martino præfule claram.
 Hic quoq; Remorum muri, quibus abditur illud
 Vnguen, quo reges Franci dicuntur inungi.
 Gens Hispania colit famosum amplumq; Toletum,
 Et Salamancam urbem, & Madrilis mœnia pulchræ
 Lisbonamq; agris accinctam, herbisq; virentem.
 Hic Saragosa est vrbs, Logronia, Dertusa, Ilerda,
 Et præclara Sibilla, Vianna, Valeria Cauca
 Et quæ vulgo hodie Pallantia, & ipsa superbæ
 Carmona Granatæ vicina, tot oppida plane
 Excedunt numerum, quippe omnis Iberia valde est
 Efflorens regio, portus tenet Anglia multos.
 Londinum vrbs orbi est celebris, regnumq; gubernat
 Angulus hic, hæc pars Europæ, auri genus omne
 Gignit, & externis opibus non indiget, estq;
 Per partus contenta suos, si prospicis oras:
 Amne tamen medio regio dissecta Britanna est:
 Nam Scotia & caelo & Neptuno proxima adheret.

Vulga-
 riora ac
 magistri
 ta qua-
 rûdam
 apud I-
 beros ci-
 uitatum
 nomina

C 5

Nec

Nec pax vlla potest ambas coniungere partes,
 Sic est atrocis vicinia causa duelli.
 Euge, age Calliopea tuis dic plura Camænis
 Et qui sint Anglis vicini dicitur fines,
 Tornacum, Vallencenas, Montesq; Anonenses,
 Atrebatum caput Artese regionis, opacis
 Aggeribus cinctum, antiquis spectabile rebus:
 Cortracum, Cameracum, Aldernardum, atq; Duacum,
 Vt fileam multos multorum arcesq; locorum.
 Inter Germanos Gallosq; hæc oppida constat,
 Cum multis aliis celebrati nominis esse.
 Multas inferior Germania continet vrbes,
 Quas olim fecere suas gens proxima Galli,
 Flandria Gandauum & Brugas includit, & Ipræ
 Mercibus & linguis populosa Anterpia floret,
 Prælaro amne madens, & vasto gurgite cincta:
 Cui proprium nomen saui imposuere Gigantes.
 Et Bruxella Ducum sedes generosa, Brabantis
 Fimbis, & regum nutrix, Machlinia præsumt,
 Louaniumq; sacrum Phœbo, studiis locus aptus
 Natura, varias artes Musasq; recludens,
 Scriptaq; pertractans, Augusta, Maguntia, Spira
 Bambergæ & Misna, & Nurberga, duplexq; Friburgæ
 Vnum Brisgoiæ, cuius sunt mœnia montes,
 Alterum obarmatis facto aggere fortiter aruis.
 Latè Berna patens, Lucerna, Colonia, & Vlma
 Brunipolis, Basilea, & aquis munita Vienna:
 Cuius non vulgare decus multa oppida vincit.
 Et regni princeps academica Praga Bohemi,
 Atq; Ratispona, hæc Germanis finibus vrbes
 Sunt celebres, cum nonnullis, quas scribere longum est.
 Quis tantas vrbes labor aut industria cinxit?

Talia

Talia non Libyæ struxerunt mœnia gentes,
 Non dedit ars aliis, tam latas ciuibus arces
 Tanta nec externi struxere palatia reges,
 Nec tam magnificas vrbes, tam splendida septa
 Murorum, reliquus videt orbis, vt vna videri
 Debeat Europa, & merito illustrissima mundi
 Gloria, nunc solitas Asia obsecro ponito cristas,
 Nec tua sustollas fastu Africa cornua stulto:
 Vraq; vincimini, victrix Europa triumphat.
 Nusquam conspicias tam clara palatia: sed quid
 Enarrem, erectis mille oppida splendida muris
 Mercibus, & populis plena, & famosa? quid inquam
 Immoror his? quid diue mereris Apollo?
 Sume tibi vires, neruis calidumq; furorem
 Adfer, dic latas regiones, regnaq; multa
 Prospicit haud procul amotos Hæspania Gallos.
 Hæc quoq; diuersas se spargit Iberia in oras,
 Hic Arragonibus locus est amplissima terra,
 Regnum forte viris, Castella patentibus agris
 Diues & armipotens, & Lusitania sælix
 Atq; Toletani sunt hoc in climate ciues.
 Hinc nec abesse procul acri Laetania gente,
 Quæ reor, Hæspania sinuosa est portio terræ,
 Regia vicinos amplectitur Anglia Flandros.
 Hic Picardica gens, illic Artesia frugum
 Terra ferax, illic Hollanda Brabantaq; gens est
 Teutonica & lingua & regio latissima floret.
 Hic Burgundi habitant, illic habitant Lotharingi,
 Normanos, Anones, Pedemontanosq; colonos
 Et Longobardos per rura Alpina vagantes.
 Hic videas Britonesq; truces, cum Gascone sauo,
 Italia iuncta est rerum Germania diues:

Hic

Etos po-
 pulos no
 quo situ
 ac ordi-
 ne cohe-
 reant sed
 eos in Eu
 ro pa esse
 tantum
 ostendo.

Hic Bauari viuunt, illic gens Austrica, rursus
 Nunc quos Istonios prisca dixere, vocantur
 Westphaliae populi, quibus adiacet Haestia, multum
 Nec distant quoque Vangiones, rariq; Carinthi:
 Sarmatia à Germaniculis fecernitur amplo
 Flumine, Carpati montis quoque subiacet umbris.
 Prussia respicit has distantes non procul oras,
 Quae nusquam pratis & frugibus indiget alnis,
 Immortales dii, quot Barbara climata & agros
 Europa includit, Pygmaeos hic cubitales
 Repperias, si quid fidei multis sit habendum:
 Hic natura tamen non hos parit extera, sed fors.
 Rhetia non minima, ut secta est, complectitur arua,
 Quam sic dux Hetruscorum omni aetate vocauit:
 Quid referam Vngaricum genus, audacesq; Bohemos?
 Quid quoque Dacorum fines, acresq; Polonos,
 Helueticos quoque nervosos, nimiumq; bibaces
 Ut fertur, gentesq; Getas, Basternaq; regna,
 Noricos & Pannonios dicam, innumerofq;
 Quis narret populos Europae & pignora multa?
 Non ego describo regionum ex ordine partes,
 Quoq; loco sit gens, qua sede sit ista, vel illa,
 Quos Phœbi radios videat, quod spectet apricum:
 Si procul hic populus, vel si nil distet ab illo,
 Si sit idem clima, aut caelum, si differat aura.
 Hic nec mensuras regionum ascribimus, aut quis
 Sit certus limes, quae septa, quis ambitus adsit.
 Haec aliis noster dicenda relinquit Apollo.
 Iustum quippe librum res tam spatiosa requirit.
 Hic taceo Calabros fines, Lucanaq; rura,
 Campaniq; soli gentes, Venetosq; marinos,
 Graecia praedives geminato est aequore cincta.

Sunt

Sunt hodie innumeri, qui quidquid Graecia tota
 Continet, egregio enarrant scripto, nam cum Sapietum
 Terra sit, ex qua tot celebres venere Poetae,
 Totq; Sophi, atque aratores, sine honore relinqui
 Non posset merito, quanquam pars vna videri
 Nobilior queat ingenius, pars altera nobis
 Quae vicina subest, nec habet tot corpora clara,
 Nec dotes, nec opes, populis habitantibus ampla est,
 Occiduos orbis fines tenet, Oceanoq;
 Europa armatur, Mediterraniq; procellas
 Perpetitur maris, insultus fluctusq; sonantes,
 Quippe suas huc pellit a quas, quanquam procul absit
 Insula Sardinia & Diomedes, Corsica, Cyprus
 Atque Rhodus, taceo Irlandos, Zelandaq; rura
 Maxima sunt nostrae Europae ornamenta, decusq;
 Addunt haud minimum variis loca plena lapillis,
 Quorum quaedam absunt procul, at pars maior adheret.
 Agros quis numeret? quis rura? quis arua? quis vrbes?
 Quis loca quae tenet Hesperium mare & Adria dicat?
 Quid Graecos, quid Barbaricas iam proderit oras
 In medium adferre huc, ignotaq; regna, nec à me
 Visa, nec à quoquam qui viuunt cognita? partes
 Innumeras Europa tenet, per climata multa
 Porrigitur, late mireq; patentibus aruis
 Immensis spatius cornu distenditur amplo.
 Nouimus id, fateor, veluti omnia membra, sed esse
 Hic loca nonnulla à nobis non agnita prorsus.
 Quis neget? Irlandi mores, aliq; latentes,
 Semotiq; freto populi testantur abunde.
 Ast Asia minor est, Afrisq; minus patet aruis,
 Et si sint qui nescio qua ratione probarint
 Matorem multo esse Afris regionibus, atque

Huc

Huc testes proferre queam, sed nil opus hac re
 Certis limitibus septa est tamen, appositisq;
 Finibus interclusa iacet, sine limite certo
 Nihil videas, nihil immensum reperitur in orbe
 Pondere, mensura & numero Deus omnia clausit.
 Ipse vnus sine mensura, nec limite fixo
 Strictus caelum, orbemq; regit, rebusq; creatis
 Imperat aeternus vitæ fons vitidus, atq;
 Optimus angelica humanaq; propaginis author
 Sunt Asia fines, sunt clausa volumina caeli
 Clausaq; mensuris sunt lucida sidera certis
 Quid non Europæ præcingeret ambitus oras?
 Limitibusq; suis consisteret insita certis
 Latè Europa patens regionum amplissima mater?
 Nunc quis depingat montes collesq; superbos,
 Caucauseum montem taceo atq; cacumen Olympi
 Aut alios aut quos Asia, aut habet Africa colles
 Apeninus mons mare Sicanium aspicit, Ætna
 Threicius populis scatet, atq; Ceraunia celsa
 Distendunt rupes, tumulos, & brachia multa
 Pyrenes mons est ingens, & Iberica regna
 Diuidit à Gallis, glaciales respicit Alpes
 Terra Suenorum, vertex dissectus apexq;
 In varias fissus partes, muscosaq; saxa
 Reddens, oblongum ostendit montemq; superbum.
 Hic loca sunt putri circumlita plurima cæno
 Terra Sabaudita habet ramosa cacumina montis
 Cuiusdam in longum sese extendentis, & Ætnæ
 Sulphureos cineres durus quos discutit Eurus
 Inuenias Siculis in partibus, & nemorosos
 Lucenburgorum colles vallesq; profundas.
 Haud procul à Metensi agro reperire licebit

Sylus-

Syluososq; finus agrorum abruta viarum,
 Spiniferos saltus carrectosq; recessus
 Saxososq; lacus, Germania tota tumescit
 Montibus vmbriiferis scabrosaq; tubera syluis
 Admiscet, campestræ habens scælicia & arua.
 Flandria Casleti montis iuga nostraq; terra
 Artesana tenet montem Eligi parientem
 Mellifluos vini generosa vite liquores.
 Nec procul incultum ostendit gens Neruia montem,
 Vertice qui summo tota regione sacellum
 Conspicuum gerit, hic trinum omnes numen & vnum
 Et patrem, & natum sanctum quoq; flamen adorant.
 Vicinumq; videt famosa Lutetia montem
 Martyribus sacrum multis, viniq; feracem.
 Aggeribus longis est omnis Auernia plena,
 Fertis ipsa tamen multisq; animantibus apta est.
 Gasconia effertur cumulorum onerata theatris
 Pluribus, & tumulis offendit Iberia tellus.
 Hac colles varios complectitur aruaq; dura
 Afflatur cælo scælix Europa sereno.
 Hic blandi flatus Zephiri Boreaq; sonora
 Voces, nec generant villas tot flamma pestes,
 Fluminibusq; madet, variis salientibus vndis
 Ceu venis passim scatet, ornaturq; marinis
 Portibus, atq; freti scopulos curuasq; charybdes
 Vicinas habet, & Neptuni flumina sanæ.
 Fonticulos videas vitreos ex rupibus altis
 Manantes, loca discursu lapidosa secantes
 Vmbrosas valles, dumos & florida prata
 Vndiq; dimittunt riuos, qui murmure rauco
 In pelagum reduces properant, tractu oppida multo
 Precipitiq; rigant, refluos redduntq; meatus.

Spumifer

Spumifer Italicis Tybris transmittitur oris.
 Ferraria est fluminis angusta inclusa duobus.
 Rhenus Germanæ regionis coluit arua,
 Nec procul hinc est Danubius, qui gurgite flexo
 Pergit, aquasq; suas limosa per ostia fundit.
 Nascitur hic prima vicinis origine Rheno,
 Qui quoque ab antiquis (ni fallor) dicitur Ister,
 Hortos Metenses perlustrat amœna Mosella,
 Firmaq; Tulliacæ mox mœnia respicit vrbs.
 Tot vada, quis dicat certo ordine, totq; canales?
 Atque tot alucolos, cursus, & murmura aquarum?
 Hic finus Ionijs meat, Æacus, & sacer ille
 Fons, quem sic veteres dicunt, doctiq; Poetæ
 Aldeſci, reſtuunt hic Panticapij, potentes
 Riu, qui duris Rhiphæis montibus ambo
 Erumpunt, dirimunt populos Aquilone sub ipſo,
 Nec procul à terra regionis Locridis eſſe
 Flumina aquis perhibent bicoloribus, hæc velut alba
 Pellucet, fuſca altera aqua eſt, diuerſaq; monſtra
 Dixeris, eſt & fons cantu quis ſubſilit alto.
 Riuus Helafinus qui muſicus eſſe videtur.
 Gallorum multas Ligeris Rhodanusq; per vrbes
 Sparguntur, variuſq; oris ſua pocula miſcent,
 Sequana ſuſceptis Marnæ vndis, intrat in vrbeni
 Pariſios, vbi ſe per plurima brachia ſpargit,
 Flumine mox ruruſus collecto vndisq; reſumptis
 Nortmannos lauat, & ſubito pelago inſluit ipſi,
 Scarpuſ in Artheſis pratis fluit, & Liſia amnis
 Limpiduſ in Flandros lentuſ ruit, & Moſa multuſ
 Admixtuſ fluminuſ Leodos rigat, atque Namurcuſ.
 Scaldæ ſecat Vallencenſis, & proxima rura,
 Tornacumuſ inde petit recta, Gandauaq; in arua

Diſſim-

Diffundit riuos, hinc inſilit in mare præcepſ.
 Quid narrem ſparſas tumidaſq; Boryſthenis vndaſ,
 Alpeij vitreos fontes, patuloſq; meatuſ
 Goldami, Aſtorgæ, Tagi, Sacariſq; profunduſ.
 Hæc poſtrema ab Ibericoliſ ſunt flumina nota.
 Sic Germani alioſ, alioſ Hiſpania riuoſ
 Atq; lacuſ generant, alioſ quoq; Gallia fluctuſ
 Qui varioſ ſineſ diuerſiſ tractibuſ intrant,
 Diſtortuſ quatiunt ripaſ, & littora rupta
 Longo diductu, nec in vlllo rure quieſciunt.
 Non taleſ Xantiſ, non taleſ ſunt Simoentiſ
 Gurgiteſ & fluuij, taleſ Mæander aquoſuſ
 Aut Cydnuſ non gignit aquaſ, nam limpida ſunt hæc
 Flumina, Nympharuſ ſedeſ, Neptunia vela
 Multa vehunt, implent peregriniſ mercibuſ vrbeſ:
 Atq; adeo ipſum orbem totum dat antiq; fouentq;
 Prætereæ Oceani maris aptaſ piſcibuſ vndaſ
 Hoc latere, atq; illò vitilibuſ perſtantibuſ auris
 Poſidet, & madidiſ Pelagi feliciter oris
 Vitur: inſtat arenoſoſ ex littore fluctuſ.
 Finibuſ Europa quidnam felicibuſ? d quàm
 Nobiliſ eſt Europa ferax, tenet arua, quibuſ nil
 Fertiliuſ, nunquid Paradifuſ delitiaruſ.
 Obſecro dicenda eſt mortalibuſ? vna miniſtrat
 Omne genuſ reruſ, nihil eſtq; feraciuſ illa,
 Hic ſegeteſ, frugeſ, frumenta, papauera, thura,
 Suauibuſ arboribuſ plena eſt, fert annua porra
 Arbuteoſ fœtuſ, corna & prædulcia mora,
 Caſtaneasq; nuceſ, pruna & gratiſſima fraga,
 Fœcundaſq; vnaſ habet, & vni genuſ omne:
 Mellifuoſ Pyroſ, Lauroſ Vimoſq; patenteſ
 Quercuſ, Iunperoſ Pinuſ, Oleaſ, fruticeſq;

D

T10

SCAENA RERVM

Tot numero, quot vix hominum descripserit vllus.
 Ilicibus, Taxis, plena est, & plena Cupressis.
 Hic variis viuunt nervosa animantia formis,
 E quibus exuuiis sunt quaedam maxima nudis.
 Sunt quoq; quæ pellis villosa pilosaq; vestit,
 Hic Cervos videas ramosis cornibus, apros
 Spumantes, turpesq; vrsos, toruosq; leones,
 Hirsutos lepores, qui per nemus omne vagantur
 Glandiferum, hic elephantes sunt, fortissima turba,
 Sunt & equi, celestes damæ, tauriq; superbi,
 Sunt nonnulla etiam nostris animantia syluis,
 Quæ quæquam Europæ haud nascantur finibus vllis,
 Aëris Europa fluxu tamen illa fountur,
 Atq; adducta semel, naturæ oblita prioris
 Gramine non solito ignotis vescuntur agellis:
 Adde quod innumeras volucres leuis hic gerat aër
 Rostratas aquilas, cygnos, miluosq; rapaces,
 Accipitres, coruos passum reperire gruesq;
 Prælongas poteris: gracili nec in aëre desunt.
 Fur cautus, passer, cornix vaga, vultur, hirundo,
 Bubonesq; leues, mergi quoq; nobilis esca.
 Quid tot aves recinam, varias volucrumq; figuras?
 Noctua Cecropius non tantum est cognita Athenis,
 Quamuis diuinæ sit avis sacrata Mmerna,
 Fimbis occiduis Pernix circumuolat, & se
 Incerto cursu transfert vaga, nescia sedis.
 Sæpe caua ponit deformes sub trabe pullos.
 Hic flumialis anas natat, anser aquaticus vndis
 Immergit raucum guttur rostrumq; retortum,
 In summa volucres multas gignitq; fouetq;
 Europa, & proprias plumas avis induit omnis,
 Vt cultus genus omne suo possit bene nosci.

Non

INVERSA.

25

Non tamen hic auium species, animantiaq; ipsa
 Omnia, non montes, non omnia flumina versu
 Distinguo, est aliquid maius mihi iure canendum.
 Diximus hic aliquot fluvios, aliquot loca & vrbes,
 Urbibus è multis pauca adduximus, idq;
 Sat fuit, & certè innumeras secludere visum est,
 Ne mentis studium premeret nimis hic labor ingens.
 E confuso aliquas tantum selegimus oras.
 Quis finis, si quis reliquas ex ordine dicat?
 Effet opus sudorq; ingens, nec posse Poëtam
 Arbitror hoc munus, nec enim omnia scribit Apollo,
 Aut probat & recipit, sed certa est lege reuinctus.
 Non ego (ne quis se fallat) depingere pergo
 Quidquid in Europa est, verum succincta breuisq;
 Mentio fit rerum, ne nil dixisse viderer.

¶ Quantus hodie sit rerum in Europa languor, si priscum illum splendore diligentius excusserimus, quantaq; sit nonnullorum mortalium ingratitude, qui, quo plus à Deo beneficiorum susceperint, hoc temporum successu sceleratior redduntur, iuxta id quod est Iudic. 2. & Esaiæ. 1.

OMnium quidem mortalium, maxime tamen Christianorum, istud certò scire interest, nimirum à quo, quidquid habent ac possident, acceperint: quo authore, quo Deo propitio, idq; siue quid sit humanæ felicitatis, siue ipsius etiam ingenio li dores sint: siue sit corpusculi decor aliquis, ac robur, vires, venustas, ac elegantia, siue deniq; nonnullam artium, scientiarum, aliarumque his non dissimilium rerum cognitionem, vel gratuito Numinis munere, vel sua industria hauserit, vt illud Pauli, sibi quisq;

D 2

quisq; perpetuò accinat, quid habes quod non accepisti? quis vitæ fonticulus origoque effecit tandem vt viueres? quis te (vt & pium illum Iob adducam) velut caseum coagulauit ac comprefsit? quis hisce carnibus, hac pelle ad hunc modum inuestiuit ac vndique cinxit? Præterea quis hæc tot ornamenta, hanc faciem, has aures, hos lacertos, hunc etiam tot ciborum capacem vetriculi aqualiculum, hoc totum iecur, hos nervulos? Quis denique hæc omnes turgidulas addidit venulas? quis te potu, obsoniis, cultu, aëre, anhelitu, pulmone, aura & igne fouet pater? Quis aut quam bonitas hos & illos lucentis Phœbi radiolos elargitur? Hac via me hercle fiet, vt homo iuxta Psalmographum, ascendat ad cor altum, exalteturque ipse Deus. Agendum etiam paulò vterius euolet aquila hæc, humanumque pectus superius ac altius rapiatur. Nimirum vt ledulò circumspiciat tot, tamq; diuersas in Europa artes, tot ingenia, studia, industrias, sciētias, tot mortalium laudatissima exercitia, breuiter & instrumentorum, omniumque rerum genera. Quæ omnia quid aliud obsecro nobis ob oculos ponunt tandem, quam omne mortalium genus in Europa esse felicissimum, cui tanquam diuinæ cuiusdam Reipub. tanta omnium artium & rerum cognitio à superis addita sit? Fateor equidem Hebræos illos nonnullis dotibus aliquot fortè è nostris olim superasse: nec defuisse alios quosdam populos etiam in Africa ipsa, ingenis prestantissimos. Verum non lubet vllam sub Sole gentem vsque adeo extol-

extollere, vt dicam eam omnibus planè modis aut Europæ decus euincere, aut, (ni vehementer fallor) iurè cum illa, omnibus suis ornamentis etiam certare posse. An est vsquã populus nouarum rerum studiosior, aut qui plures antea nec natas, nec cognitatas inuenerit artes? Si quem lateat quonam authore proflexerit optimus ille vel totum orbem regendi modus, illaque diuina ars, statim occurrit Romulus, qui primus iure quodam ciuili ac lege optima, monarchiam tenuit fortiter: quæ ducentis & quadraginta annis, non tamen amplius perdurauit. Quid hoc regimine scelicus? Deinde ipsius Romanæ Reipub. non nihil iam immutatis rebus aristocratia ipsa successit. Si Liuius, ac Dionysius credamus, tunc quippe duo Consules, Regum ipsorum loco creati sunt. Demum eo statu in peius labente, vt ferè fit in rebus mortalium, democratia accessit. Nihil libeat rei peregrinæ huc adducere. Illibenter enim iuxta Græcum prouerbium τὸ ἐν φανί μύρον, id est, in lente vnguentum admiscuerimus. Desideras Grammaticæ originem? etsi Romanis non planè attribuero fontem, initiumque illius artis, tamen meo iudicio Crates ille Multotes, qui teste Suetonio in Italiam primus Grammaticam attulit, aliquid ieiunum, incultumque nobis reliquisset, si eam artem Romana industria multò nobiliorem, politio-riorem atque adeo etiam preciosiorem non reddidisset, quanquã teste Cicerone in primo Tusculanarum quaestionum, Romæ vix iam vrbe ipsa quadringentis annis condita, potèis recipe-

SCAENA RERVVM

retur. Cadmus Agenoris fili⁹, hosce omnes characteres, a, b, c, d, e, f, g, h, &c. nostrates primus docuit, sed ordine multò meliori hæc lixeræ, si qua nonnullis fides, tandem apud Romanos digestæ fuerunt ac positæ. Vbi plus sacrorum ordinum statuumque reperitur, quibus nonnulli è Christianis perfectionem Apostolicam sequantur? Vbi sanctiores leges ac regulæ conditæ sunt quàm in Europa? Sane dum in eo cardine ac statu res essent mortalium, nihil offendeat illud quod Iuuenalis adfert, quando artibus inquit honestis, nullus in vrbe locus. Quæso quale quamque perspicax erat ingenium Vitaliani illius pontificis, vt alios sileam rerum bonarum authores, contentus si hunc è multis adduxero, qui ante annos permultos curauit vt incredibili organorum crepitu, melodia, cantu ac concentu musico, Christianorum pietas in templis feruentius accenderetur. Valeat Orpheus, Archytas & Aristoxenes, vir ille multò diuinius erat. Quid plura? an non nouæ quædam tyorum figuræ in Europa repertæ sunt? nouum atramentum, nouaque æneorum, bellicorumque tormenta, quibus Rempubliam ab iis qui eam lædunt defendimus? Vbi tam elegans vestium cultus? vbi ædes tam magnificæ? vbi talis quidam ipsius telluris, plantarum, fruticum, arborum cultus? Vbi herbarum, florum, radicum, corticum, aquarum, &c denique vnguentorum vsus melior? At cum hæc omnia alioqui nudi ac cæci à summo Numine susceperimus, ingrati viuimus, velutque abutentes superum donariis, tantum splen-

INVERSA.

27

splendorem nostrum, ac collatum decus, beneficiorum immemores moribus improbissimis deturpamus, & eò hodie ingenia flectimus vbi plus est vitii minusque honestatis: quum oportuerat nos, non modò ob gratis data munera, per piæ vitæ opera diuinam liberalitatem testari, cognoscere, & colere, verum etiam eò neruos intendere, vt nobis maiori munificentia dignis, hisce tandem auulsis rebus temporariis, addantur ac succedant summa illa æternæ felicitatis munera.

*A*uocat hinc aliò Phœbus, pestesq; cruentas,
 Et scelera atatis vitiatasq; tempora ponit
 Ante oculos, rapit inuitum, titillat & vrget.
 Hactenus en satis est, inquit, de finibus actum,
 Euge, age, dic aliquid fædi de moribus orbis.
 Dic, qualis populus, quæ gens has incolat oras.
 Quot vitis quantisq; malis sint omnia plena.
 Calliopea veni, flauos subcingite crines
 Virgineæ vos Pierides, mitrasq; virentes
 Floribus atq; herbis, auro factasq; coronas
 Ponite, nec sit frons, velut antè, ornata lapillis,
 Purpureisq; rosis redimita, recedat odoris
 Omne genus, tristes mecum diffundite voces.
 Dii genus immortale, quid hoc? Cacodemonis astu
 Plurima terrarum corrupta theatra videntur,
 De corrupto hominum loquimur grege, mentio nec fit
 Illorum, quibus in precio est cultissima virtus,
 Sic paucis sceleratorum quàm turba frequens sit,
 Præter spem peccati ortas aperimus & artes.
 Nonne licet vulgi distractos carpere mores,
 D 4 *Ætatisq;*

Etatisq; noua noua crimina & impia monstra,
 Inuita pietate hominum tam nata furore?
 Quae regio innumeris non est obnoxia morbis?
 Quis locus in tota Europa est sine sordibus vsquam?
 Quas hic reperias turpi sine crimine terras?
 Et quod rus, vel quas vrbes, quae regna videmus,
 In quibus assiduum non sit scelus? in quibus error
 Et fastus fixis non regnant legibus? Euge
 Quid sunt passim vrbes, quam confusissima rerum
 Mostra? quis hic populi strepitus? quae murmura? quae
 Clamor? quam variis miscentur cuncta figuris? (tus
 Commixtas rerum species, plateasq; domosq;
 Omne forum assiduis resonantia vocibus, atq;
 Cetera, faelicem populum sine lege videmus.
 Hic sua sollicitum sequiturq; negotia vulgus
 Quid facias? Europa eadem est, & climatis idem
 Est situs, haec ventis, quibus olim afflatur & auris.
 Ast eadem non est pietas, eadem quoq; virtus.
 Viuimus antiqui immemores pueriliter aeni,
 Quis modus aut rerum ratio mortalibus extat.
 Lucifer occidit, & nocturnas Hesperus vmbra
 Reddit, aberramus mortales, deuia cacci
 Insequimur, neruosq; pedum, articulosq; reflexos,
 Obliquos oculos & debile lumen habemus,
 Tanquam natura perisset qui fuit ordo.
 Vitale nec quid sit, vel inutile scire videmur.
 Mutatus color optimus est, humanaq; liquit
 Pectora vera fides, prohibitasq; beata recessit.
 Heu quanto imperio fata omnia tempora vertunt:
 Sed ne quo temere ferri videatur Apollo.
 Primum nosse iuuat, quam claros duxerit ortus:
 Quale decus, quis honor, quam gloria nobilis olim
 Infuerit,

Infuerit natura prior dum exordia iecit
 Ornamenta vide illius clarissima gentis,
 Sic bene collatis rebus, lucebit aperte
 Quod sit discrimen, quantum quoq; ab ordine primo
 Mortales distent, quam nil cum patribus illis
 Conueniat, commune aliquid nec habere videntur.
 Non dicenda meam mouet admiratio mentem,
 Nec pectus superest, quoties tam fata sinistra
 Temporis excutio, me plangere cogit & aeuum
 Extinctum decus Europae. sed desine Vates
 Quisquis es, & duram in mores ne stringito musam:
 Quin prius (vt dixi) tibi cognita prisca sit aetas,
 Virtutes primas, pestes praesentis & aeni
 Disce breui, quales natura effinxerit omnes
 Hos populos, horum primos cognoscito cultus,
 Germen honestatis, morum quoque nobile stemma,
 Ingenia atq; artes, curas, magnosq; labores,
 Omnia quae nondum populus tamen ipse reliquit,
 Aetatis referunt nonnulli insignia prisca,
 Nec prorsus perit quidquid vetus extitit olim,
 Et pietatis habent haec tempora nonnihil, atq;
 Multae artes florent hodie, instrumentaq; prisca.
 His ego ceu propriis depingo coloribus omnem
 Europae populum, qui fato haud fertur eodem.
 Europae genus urbanum est, gens plena, tenaxq; est
 Veri, atq; ingenius & comptis moribus, ardens.
 Haud scio quo pacto fluxos vehementer honores
 Aspiciens oculo miseros clementer, amatrix
 Libertatis, habens in auaro pectore nummos,
 Humana hospitibus, peregrinis semper amica.
 Hos mores natura illi dedit optima quondam.
 Corpora si spectes, nihil est speciosius illa

Degene-
 rant ple-
 rique à
 progeni-
 zorum
 pietate.

SCAENA RERVM

Gente, nihil magis est ciuile, nihil magis aptum
 Aut promptum rebus, nec ei natura negauit
 Quidquid mortales felices atq; beatos
 Efficit, è multis populus selectus in orbe est,
 Vnius agnoscit numen, nomenq; Tonantis
 Huc genua inflectit fumantia thura Sabæis,
 Accipit à populis, vt honorem altaribus addat.
 O felix meritò, felix ac iure beata
 Diuorum cultrix, & amans cœlestis Olympi,
 Resplendens fidei radiis, virtuteq; multa:
 Europa vnius proles Iouis, æthere dignum.
 O genus immortale poli, quia numen adoras,
 Hunc quoque diuino, gens docta, fateris honore,
 Quo sine nil quidquam possunt mortalia fata,
 Et cuius lumen fufum per totius orbis
 Climata, vbique ipsos latè rerum excitat ortus
 Vna Deo dignas, emittis gutture voces,
 Vna sonas Christi cœlestia verba, nec illi
 Qui plures finxere Deos, iusto ore loquuntur.
 Sed dicas mugire boues, porcosq; lutosos,
 Vel grunnire simul, vel agresti applaudere rictu:
 Ille loqui populus meritò dicendus in orbe est,
 Qui cultu ex aliquo numen diuosi, fatetur,
 Is verè est prudens, qui Christum extollit, & aras.
 Europa ignotos Christum transuexit ad Indos,
 Barbariem inculti populi discussit, & illi
 Certam præscripsit legem, qua viuere posset,
 Atq; vias vitæ apposuit, præcepta salutis.
 Sunt relique gentes sine numine, sunt sine certa
 Lampade, dux illis nullus, nec nomen honorant
 Vuentis Domini, cæcè infelicitè errant,
 Ceu facîle in syluis animantia multa videre est,

Quæ

INVERSA.

29

Quæ fugiunt homine aspecto, nec quid sit in vrbe
 Aut hominum tutis requiescere in ædibus: illa
 Imperio aut voce vlliùs didicere magistri.
 Sic gens barbara, quæ nulla ratione mouetur,
 Et cui cognitio, cui nulla scientia veri est:
 Quæ nullum esse Deum putat, & stultè omnia fatis
 Ascribit, geniùsq; malis, & flatibus Euri.
 Quàm felix regio Christi, quæ dogma recepit:
 Europam reddat nulla ignorantia cæcam,
 Nec rerum agnitione caret, nec inutile clima est.
 Artibus & variis studiis plebs tota tenetur,
 Mortalesq; alias aliasq; feruntur ad artes.
 Diuersis trahimur studiis, nec enim vna voluptas
 Omnibus arridet, non est status omnibus idem.
 Hic sacris seruit rebus, templisq; Deorum:
 Ille vagus Christi verbum disseminat, atq;
 Scripturam enodat vulgo, non absq; labore,
 Hic multo sudore, libros chartasq; reuoluit:
 Et repetit decies perlecta volumina, vires
 Ingenii eneruat, frangit quoque corporis artus:
 Ille suum genus extollit, canibusq; per agros
 Dimissis prædas sequitur, clamoribus ille
 Optatos auibus vænatur in aëre miluos,
 Tellurem excolit hic, duro proscindit aratro.
 Ille putat vites teneras, hic rursus ad arma
 Se rapit, & gladios humeris comportat aduncos.
 Haud paucos videas, ratibus qui per freta currant,
 Immemores tempestatis, patriæq; relicta,
 Immemoresq; domus, natorum, vxoris, amicæ.
 Atq; vt ab ignotis merces regionibus vsquam
 Ad portus transferre queant, sic lucra sequentes
 Funnanti, ardentiq; animo, furacibus hamis

Sunt

SCAENA RERVM

Sunt quoque squamiferos vasto qui gurgite iactis
 Retibus ac filis, captant in litore pisces.
 Ille cauat lapides, struit hic ex marmore turres,
 Aut naturæ hostis mutare rotunda quadratis
 Næuitur, hic segetes maturo gramine falce
 Amputat, aut aliam qua sese exercent artem
 Insequitur, speciesq; noni reperire laboris.
 Optat, ut ingenii experiatur acumine rerum
 Vires forte nouas, nec ab vlla ætate repertas.
 Illi funiculos nodo sa ex cannabe nectunt.
 Est quoque qui decies ceram mira arte refingit,
 Et parat extinctis apibus dulcissima mella:
 Nec desunt qui conficiant tellure quadratos
 Ac spissos lateres, sunt qui carbonibus atris
 Quædam mira mouent, nummos hac arte parantes,
 Vt diræ excutiant seuisissima frigora brumæ,
 Lignorumq; loco complures talibus ipsi
 Viuntur rebus, tæceo sudore grauatos
 Agricolas, qui cespitiibus siccis velut herbis
 Et radicibus extractis, æstate domiq;
 Seruatis, ceu sulphureis croceisq; crepantes
 Flammas componunt ignes, nec tota propago
 Humani generis Vulcano prorsus eodem
 Se fouet, at variis rebus seruatur, & astris
 Vilia hi nobis extundunt semina species,
 Horreaq; ingenti quatiunt pulsantq; labore.
 Huius præcingit caput insula, tota bicornis:
 Præuius ille pedum præfert, legit ille lapillos
 Portubus ex Arabum, vel habet, quo tempora fallat:
 Nescio quid rarum, nam sunt qui vilia temnuunt,
 Vt se naturæ instinctu, maioribus addant.
 Namq; videre est hos his natos artibus, illos

Non

INVERSA.

30

Non ita, sed multum diuersa mente animoq;
 Ire alio atque alio nervis ac pectore toto.
 Quis neget hæc? meliusne illi quos rura tulerunt
 Norunt, quo pacto curuum moueatur aratrum,
 Quam quos vrbs peperit, quamuis doctissima legum?
 Hic non accuso naturæ iura, sed ipsi
 Mortales velut innato feruore feruntur,
 Scilicet huc, quo iam traxit vis cauta iuuentæ,
 Et quidquid teneros sensim didicere per annos
 Inuiti spernunt, quæso qui natus in aula est,
 Num poterit mores ciuiles ponere, ut illis
 Ceu spoliatus agat, quod agit sine honore bubulcus?
 Qui didicit iuuenis marmor proscindere ferro,
 Et qui calceolos setosa ex cannabe format,
 Vel qui compositas ex stramine contegit ædes,
 Vel textor manibusq; faber fabrilis tractans,
 Organa tam facili digito pulsare nequiret,
 Quam qui iam multis assuevit sedulus annis.
 Impiger ille opifex contundit vellera, pannos
 Tingt, & admota lanas fornace repurgat:
 Hi sine lege regunt populos, at legibus illi
 Iureq; ciuili, non vi dominantur, honesti
 Cultores, vigilsq; oculis, rectiq; tenaces:
 Sic sese exercent hominum tot millia, nusquam
 Est animis requies, durus labor enecat ossa.
 Illud ego annectam, nihil esse nocentius orbi,
 Quam si præsideant rebus ciuilibus illi,
 Quos stupidos natura dedit, prædæq; tenaces,
 Atque voluptatis seruos, anidoq; Lyæi.
 O vitnam si quis Sophiæ videatur amator,
 Legis gnarus, opum haud cupidus, regat, imperet, esset
 Vilius populo, quam si mala belua rerum

Diligite
 sapientie
 lumē qui
 populis
 præcibus.

Inscia,

SCAENA RERVM

Inscia, nil scitiens præter propriam vtilitatem,
 Atque oblita Dei, Veneris vel honoris amatrix
 Præsideat, si tale homines monstrum regat, ò quàm
 Infœlix plebs omnis erit, puer inscius artis,
 Iuris, & vrbanae legis, sine mente gubernat
 Ille puer Phaëton, Phaëton temerarius ille
 Decidit ex alto diuis derisus ab ipsis:
 Flammi feros qui duxit equos, celevemq; quadrigam,
 Nescius astrorum radios, & lumina Phœbi
 Dispergens, indoctus, & auriga inscius artis.
 Hinc nihil expectes præter stulta omnia, rector
 Ignarus rerum, nulla ratione superbit,
 Affligit durè populum, nec iudicat vt res
 Postulat, haud rarò flauo corrumpitur auro.
 Quàm durum est multis ab iniquo præside iura
 Suscipere, atque pati morosi fræna magistri.
 Ecquis inhumani velit iras ferre Neronis?
 Atque truces vultus, nam ceu mare, percutit vudis
 Littora vi quadam, & tanquam se spargit in amplas
 Fines, nec rebus parcit, sic ira ferocis
 Rectoris est, ferit insontes, crudelis in omnes
 Insilit & lacerat, nocet inclementia multis.
 Te rerum doceat facies, quot monstra, quot artes:
 Huc oculos defer, genus omne hominum inspice, si quid
 Laudatae virtutis habet, si non status & res
 Degenerent, mutetq; ætas obscura colores:
 Degenerant omnes, quid enim communius orbe
 Toto criminibus. Quid quaeso receptius illis?
 Insanit puer atque senex, nec tramite recto
 Vivitur exemplo veterum, se mobile vulgus
 Consilio instabili mixum, ad quiduisq; paratum
 Circumfert, idq; haud aliter, quàm lamina parua

Turribus

Plato cu
 piebat vt
 philoso-
 phi aut
 his non
 dissi-
 les rem
 publicã
 admini-
 strarent

INVERSA.

31

Turribus imposita, à tenui conuoluitur Euro,
 Nec motum sistit, variis obnoxia ventis:
 Prisca placent, sed mutatus successibus ordo est.
 Heu splendendum, quòd terra ferax regioq; superba,
 Praclarumq; hominum genus, & generosum
 Stemma, decus priscum amittat, virtutibus ipsis
 Postpositis, & honestarum vestigia rerum
 Depellens, vitis vacet, impietatis iniqua
 Inuoluens sese studiis, limoq; profundo.
 Ecquid dicendum est, ò ciues, totius orbis?
 Splenduit Europa, at nunc languet, & agra laborat
 Hulneribus, nulla est Phœbi medicabilis arte.
 Dic noua progenies, positas cur corpore testas
 Auulsaq; semel repetis, scabie atque vetustas
 Pelliculus rursus super impia brachia spargis?
 Cùm tantus splendor claris profluxerit astris,
 Cùm tibi nobilitas sit tanta, & tantus honoris
 Ceu fulgor quidam, priscos mutare colores
 Quid iuuat? atque luto proprios conspergere vultus?
 Quid maculis curis hæc tua multicoloribus ardet?
 Quod genus hoc lepra nervos corrodit & ora?
 Quid sic degeneras felix Europa? quid inquam
 Magna Dei soboles? quondam regina sedebas,
 Imperio dominansq; tuo, circumdata gemmis:
 Tota effulgebas, pedibus manibusq; rebelles
 Percutiens, fidei ritus præceptaq; toto
 Pectore complectens, exemplar totius orbis
 Formaq; terrarum, speculumq; illustre fuisti.
 Quàm multi liquere fidem, tu sola tenebas,
 Amplectens lapidem positum, super arua Sionis,
 Quem Solymi ciues, quem gens Galilæa reliquit
 Promissi inmemor, & legis Christiã, negatrix.

Priscæ
 pietatis
 fos in
 Europa.

Proh

Proh dolor, en iam multò alia es, maculata videris
 Plus nimio, nec prisca caret, tua gloria labe
 Non eadem est facies, faciem tibi sordidat error,
 Frons tua non paucis Europa est sordida neuis,
 Te tua conspurcant contracta piacula, morbis
 Mortiferis oppressa gemis, variisq; laboras
 Pestibus, & tuus est velut incurabilis angor:
 Mute manum ex alto Deus optime, filia plorat:
 Ac rebus desperatis ceu sydere ducta.
 Nam quò confugeret tandem? quò tutius iret?
 Te petit, atque tuum implorat prostrata fauorem,
 Filia flens Europa, tuas accurrit ad alas,
 Accurrit genibus reptans, non audet in altum
 Ferre oculos humiles, lachrymis pressosq; grauesq;
 Illa tamen quanquam diuos offenderit omnes,
 Et quamuis multis scelerum sit sordida monstris,
 Inter tot populos nunquam te sola reliquit,
 Sed non en venerata tuum est, cultusq; perhenni
 Agnouit, fer opem misera, peccata fatetur,
 Exuvio exspoliata suo tremat artibus, hostes
 Nunc velut exanguis formidat inermis, & omni
 Praesidio exarmata, tua sperare sub umbra
 Decreuit, tua tela iuuant, tua gratia mœstam
 Solari poterit, faciem quoq; reddere primam:
 Te melior medicus nullo inueniendus in agro est:
 Ipse vnus nosti, quo nascitur aere pestis.
 Sunt lacus & fontes, quibus hi venère dolores:
 Est aliqua & radix, & causa sinistra malorum,
 Non morbus non vlla lues sine origine nata est,
 Sed quis nostrorum vitiorum exordia nescit?
 Hac breuiter dicam, nec enim tacuisse iuuabit.
 Et si scismatici se qui pietatis & hostes

Bella

Bella mihi moueant, si terra insaniat omnis.
 Ipse tamen scelerum causas & germia dicam,
 Germia pauca, tamen non omnia. principio adsit
 Ebrietas, mala pernicies, fera bellua, & atrox:
 Scisma frequēs, natum innumeris fidei hostibus, atque
 Impius ille furor Martis, planè hæc tria monstra
 Deturpant decus Europa, populantur honores
 Orbis, & hæc nobis impropera tempora gignunt.
 Bellua sic triplici capite omnia vastat & vrget.
 Ebrietas malè sit tibi, vobis tibi sede.
 Scismaticorum error, Mars impie vobis tibi, rursus
 Vobis vobis hominum pestes, crudelia monstra.
 Num per vos sacra religio, pietasq; per auras
 Sparsa abiit, periitq; omnis virtutis imago?
 Num per vos periere homines, perieret, leges?
 Num per vos passim præceptaq; iuraq; languent?
 Num per vos duras patitur quoq; terra ruinas?
 O rerum tractus mutatos, ô miserum orbem
 Creuerat Europa, immensis quoque viribus aucta.
 Floruit haud paucis felix & prospera seclis.
 Argumenta habuit multarum splendida rerum,
 Paulatim decus amittit, collabitur, illum
 Quem præclara diu tenuit, deperdit honorem.
 Circumferre oculos liceat, per rura, per vrbes
 Languescit pietas, & amor diuinus, honestæ.
 Nunc pereunt artes, laudata scientia duras
 Vix aperit mentes, paucis sapientia vera
 Contigit, est hominum vulgus miserabile, sese
 Fluctibus immergens rerum, noctesq; diesq;
 Transcurrens, sine fruge aliqua nulli vrile viuitt:
 Desidiæ vacat, & vacua colit ocia mente,
 Nec spectat quid sit tandem post fata futurum.

E

Quid

SCAENA RERVM

Quid causa? frigent animi, sunt marmore quouis
 Pectora dura magis, nec amor nos ducit honesti.
 Inficias hic nullus eat, vel clarus astris
 Argumenta patent, cæcisq; videntur ab ipsis.
 Dilexere homines tenebras, lucemq; beatam
 Quam verè infundit cœlestis spiritus ille,
 Infani admotis procul exclusere fenestris,
 Nec Phœbi radios summi amplectuntur, & eius
 Diuinum influxum, pluuiam, roremq; madentem
 Qui mouet ad virtutem animos, reddiditq; feraces
 Internas mentes, studiosaq; pectora, & artus
 Corporeos aliquo impinguat sacro vnguine, & implet.
 Hac ipsa arte suos extrema ad prælia adornans,
 Hostibus vt faciles obsistant fertibus armis.
 Quàm pulchrum est populum felicè opibusq; repletum,
 Fortune antiquæ, armorum, rerumq; potentem,
 Illa sequi exemplo veterum vestigia, quorum
 Arte sit, vt reddi possit felicius æuum,
 Seruariq; decus virtutis, & omnia ad vnguem
 Impleri, quæ sunt Domino gratissima, quæ nos
 Efficient verè post fata futura beatos.
 Sed nil turpe magis, quàm ceu ratione relicta,
 Id solim amplecti, quo perniciosus æuum
 Redditur, atq; iram Domini impietate mouere.

 HAERESIS LYTHERANA ET ALIA
 quedam huius generis monstra.

¶ 2. ad Timoth. 2. Prophana autè & vaniloquia deuota, multum enim proficiunt ad impietatè, & sermo eorum vt cancer serpit, &c. Ambrosius quoque sic scribit lib. 1. de fide catholica capit. 4. Hæresis velut hydra quedam fabularum, vulneribus suis creuit, & dum saepe reciditur, pullulauit, igni debito incendioque peritura,

Inter

INVERSA.

33

Inter tot cõtagiolas orbis pestes, quibus plerunque omnium rerù proscœniũ & in deterius mutatur, & miserè perturbatur, quibusq; tota huius nostræ Europæ facies conspurcatur & inficitur, haud immeritò mea quidem sententia, primum ordine locum occupat turpissima huius Lutheranae hæreseos lues. Quid toties quotidianisq; clamoribus ac querimoniis velut in ius vocamus Vandalorum, Gothorum, Barbarorumq; omnium intolerabilem rabiem, diros Attilæ furores, truces Mahumetis iras, gladios, insanaq; dogmata? Neronis, Domitiani, Iuliani Apostatae, aliarumq; cõplurimum beluarum in varias regiones quondã emissa fulmina ac tela? Neq; enim ecclesiæ Christianæ tranquillitas, si qua meæ sententiæ fides, grauiores periculo fioretsq; ruinas passa est, quàm ea præcipuè tempestate, qua hic immanis mordaxq; cancer radices illas suas vimq; omnem suam exerere cepit, quam inquam dum imperiosissime regnarunt hæ hypocriticae harpyia, hæ barbaræ infolitaq; aues, hæ blandissima quidem, sed pestilentissima Sirenes: hæ noctua, hæ simia, hæ colligatis caudis vulpes, quæ toxica velut per infidias in hanc Europam effudit nobis sinister Aquilo, à quo, teste scriptura, panditur omne malum? Quàm infeliciter mortalium tempora, annos, dies, ingenia, & pectora turbarint & immutarint hæreses, testes sunt è veteribus non pauci, & si Guidonem instituti Carmelitani & Alphonsum Franciscani omiserò, qui de vniuersis hæresibus, & de rerum statu per hæreses im-

E 2 mutato

mutato pulchrè scripserunt paucos ante annos, qui enim vnquã hactenus aliter factũ esset, quippe contingit, quod experientia compertũ est, quoties noua quadã hæreseos species enascitur, vt simulurgia, lites, murmura, tumultus, intestina bella ac ciuica, irã, rixa, dissensiones; animositates, zelus ac contentio (vt sic cum Paulo loquar) prodeant in theatrum, ad eodẽ vt hãc pestem iure dixeris eam ob causam à Cacodæmonibus prognatam, vt Christianæ paci iniuria fiat maxima, vt ipsi magistratus, ipsi diui, ipsum cœlũ clarissima omnium veterum monumenta perturbentur. Venenum hoc vt cancer serpit, hydra hæc præsentissimo toxico miseros enecat: lupus hic rapit, mactat, ouesque dispergit. Idem ætiam innumeros hæresum ac scismatum authores simul cum Martino Lutero orbi protulit, eosq; omnes iudiciis ac opinionib⁹ inter sese acerrimè pugnantes. Quid aliud molitur, quam vt variis studiis ac itineribus tandem eodẽ collabantur, vbi nulla pax, nulla animorum quies aut concordia, sed perpetuus horror, fletus & stridor dentium torquet? Quum venerit filius hominis, putas fidem inueniet in terra? an non potius vitiorũ vrticas, fentes, spinas, carduos & lordida quadã caretta? Spero tamen, nam charitas omnia sperat, vt pastor ille ouiculas suas & quærat & intueniat, quamuis perditionis filius, iam mysterium operetur iniquitatis. Vt tumque fremat hic oceanus; quanquam durè sæuiant turbines, rugiat leones, reptet & lcorpiones, struthiones, beluæ que infinitæ, firmum, teste Paulo, Dei stat fundamentum, habens

bens illud. Nouit Deus qui sunt eius, nec repellit Deus plebem suam, quam præsciuit: quos inquam præuidit conformes imagini filii sui futuros, hos iustificabit, hos glorificabit, hos beatibit: Custodit enim Dominus animas sanctorum suorum, & ne vel capillus pereat, vel vnum os conteratur, manum suam supponit clemens pater.

*Tempora vi cogunt calamum, lachrymabilis ætas
Versibus argumenta meis amplissima præbet,
Currentemq; meam compellit calcare musam.
De rebus fidei primum dicam periisse,
Aut saltem languere fidem, nec numina diuim
In precio nunc esse aliquo: nam regna videre est
Splendida, quæ quondam ardebant pietatis amore,
Et quorum generosa fides diuinæq; virtus
Omnigenas vicit gentes, nunc linguere Christum,
Sanctæq; præscorum contemnere dogmata patrum:
Et ridere hominum præcepta, vt mania prorsus,
Et ceu nullius sit lex humana valoris,
Maxima Christigenæ cecidere cacumina gentis,
Nostrorum pulchræ capitum cecidere coronæ,
Heu populi periere pii, gens inclita cultus
Quos seruare diu studuit, mutata relinquit.
Heu sacra progenies, quod te tuus impius error
Traxit? an hoc sulphur Stygio à cacodæmone fluxit?
Hoc mendax semen peperisti insane Lutere,
Hic fuit Europæ pestis spurcissima nostræ,
Germaniq; soli vitium, sæuissimus auctor
Scismatis istius, quo nunc turbantur vbiq;
Mortales, genus infame, & memorabile monstrum,
Num satis erroris, sat scismatis obruit orbem,*

*Apud cõ-
plures per
hæresim
fidei ro-
bur elan-
guescit.*

Num satis impietatis erat, verumq; malarum,
 Si non hic etiam nugarum inuentor adesset?
 Inuentor nimium fallax, à quo scelus omne
 Acceptum ferimus, qui templa prophanat, & aras.
 Ad quid oportuerat monstrum hoc languentibus auris
 Prodere, & igniferis oleum admiscere caminis?
 Heu nimis infelix aetas, heu terra, quid istud
 Pignoris est? quis te tales producere fetus
 Edocuit? quin dum patula egrediuntur ab aluo,
 Protinus absorbes tam noxia pignora? mater
 Et nutrix merito rerum dicenda malorum est?
 Terra ferox, vtero, cur tam mala semina gestas?
 E gremio emittis pugnantia corpora, formas
 Et species varias gignis, discrimina rerum
 Concipis & profers, misces nullo ordine quidquid
 Effundis, rebusq; bonis mala germina iungis.
 Vtilis haec herba est, nocuis scatet illa venenis.
 Haec arbor suaves gignit fructus, & odores:
 Illa virescenti sub cortice toxica nutrit.
 Hic videas genus vndarum, quae corpora curant,
 Illic letiferum est flumen, riuusq; fluenti,
 Sed putri completus aqua, hic animantia quaedam
 Nil ledunt, sunt quae multo succensa furore
 Inuadunt homines, porrecto immaniter ore.
 Cur rerum species natura asperrima misces?
 Corticibus poma muouius, floresq; rosasq;
 Vel spinis vitias, vel muscarum agmine rodis?
 Folliculis innascentur frumenta tenellis,
 Haec vnguenta inuant, membris sunt nata fouendis,
 Illa nocent, quid plura? lutum admiscere metallo
 Fulgenti insidiosa soles, nec arena, nec aurum
 Purum, orbis patitur, quod demiq; iudico peius,

Natura
 rerum spe-
 cies saepe
 commi-
 scet.

Induis

Induis humana monstra immanissima veste,
 Dissimulasq; lupos niueisq; coloribus agnis
 Perfimiles reddis, scabiosaq; ouilia misces
 Cum reliquis gregibus, tectis quoque claudis eodem.
 Deturpas hominum genus, & sub corpore vulpes
 Humano tegis, atque locum das omnibus vnum,
 Admisceasq; piis scelerosos, iungis iniquos.
 Innocuus sic saepe fit, impietatis vt auctor,
 Qui scelus & crimen rebus praeposit honestis,
 Sordibus iniectis pestis contagia spargat,
 Simpliciumq; animos virtute abducat ab omni.
 Mentiri speciem quid enim est, quam ludere mundum?
 Si cui cornigeram frontem natura dedisset,
 Aspidis atque trucez linguam, toruosq; leonis
 Fortè oculos, vsiq; pedes, ventremq; suillum:
 Atque hominem vocet hoc monstrum, quid stultius orbi
 Ostendi queat? effigies tamen ista Lutheri est,
 Et dicendus homo est hominum qui iura negauit?
 Quem mens, quem ratio, quem lex humana reliquit?
 Quis tam diuersos populos, tot regna, tot vrbes
 Corruit, quam nobiscum qui sole sub isto
 Vixit, nostraq; communis quem nutrit aura?
 Ille per insidias sua toxica fudit in orbem:
 Vix pedum, mitramq; tulit, stulteq; sacravit.
 Ipse manus proprias mox praesulis omne superbus
 Officium assumens, hac vi lupus intrat ouile.
 Quis tibi pascendi curam dedit? vnde potestas
 Prodit, insanit, currens non missus ab vlllo
 Numine, matorem nec vult agnoscere quenquam.
 Aspicit antiquos ritus, moresq; parentum,
 Aspectosq; animo contemptim despicit, & se
 Extollit natio super omnia numina fastu.

Luthe-
 rus mon-
 strum.

E 4

Diuos

SCAENA RERVM

Diuos, diuorumq; preces, ceu nescio quales
 Naniolas nugasq; putat, ventoq; vagantes.
 Pastorum omne genus tenet, mordetq; seuerè
 Sacrificos, & praesidibus sine iure ministris
 Detrahit, euertens sedes, & sceptrata reuellens
 Maiorum, sacrosq; libros corrumpit, inique
 Exponens quidquid docuit scriptura, quid ille
 Obsecro non fecit? quid non tentauit vt esset
 Errorum pater atq; author, quae duxit Erynnis,
 Quae Nemesis, quae sors hominem, qui more Gigantum
 In superos audaci animo mouet impia bella?
 Hic turbauit aquas, hic pocula miscuit omni
 Plena dolo, nam simplicibus pro melle venena
 Protulit, obscuros claro pro lumine fumos.
 Sanè est ille draco, qui tempestatibus auras
 Commouit placidas, pacemq; è finibus orbis
 Abstraxit, gratam mortalibus esse quietem
 Nulla mente ferens, is cornua gestat eadem
 Fronte decem & septem capita, is conatur adunca
 Cauda conuehere illecebris in mortara captos.
 O hominem nimis infelici syderè natum,
 Qui populos humiles pietate auertit ab omni,
 Dogmata quae prisca adduxerunt pseudoprophetae
 Collegit, velut in cumulum, emittitq; venena,
 Qualia nulla aetas sensit, desumat, & ore
 Vipereo omnigenas diffundit toxica in oras,
 Exercetq; suam rabiem compluribus annis,
 Nec finem facit, assiduo absumentq; labore
 Corpus, & exanguis sudoribus enecat artus:
 Alius immerfus iacet, incumbitq; nouatis
 Dogmatibus, quam quod Christi respiciat amore,
 Sed tanquam sus fixa luto conuoluitur, & se

Alius

INVERSA.

36

Alius immergit si quis depellere pergat.
 Sic se sordibus atq; luto caenoq; Lutherus
 Voluit, & infelix perit alto gurgite mersus.
 Lege nec arte vlla potuit, nec iure refringi:
 Nec sana ratione vlla, sed traditus Euro
 Nescio cui, fatoq; miser correptus iniquo
 Coeptum iter, inceptamq; viam, pedibus manibusq;
 Carpens, errorum in latebras se contulit omnes.
 Nec voluit cohibere pedes, nec figere gressus.
 Ceu videas passim erectis animantia collis
 Huc ferri quocumq; suo rapiuntur ab aestu,
 Idq; sequi illorum quò lex rapit inscia recti,
 Sic perit & rapitur, sic gentes decipit omnes.
 Noxia non tua sic nocuerunt pocula Circe,
 Non tantum fecere mali mortalibus, aufert
 Iste calix mentes, rabiemq; in guttura fundit,
 Et velut immodico qui proluit ora Lyao,
 Ebrius huc atq; huc agitatur, & omnia prorsus
 Quae rationis habent, quicquid contemnit iniquè,
 Iurgia multa mouens, lingua petulantibus armis.
 Nec quenuquam, qui non tulerit conuitia tutum
 Linquit, amicorum furit immemor, & genus aulax
 Omne hominum mordet, discerpit, & arguit ore
 Vipereo: sic qui semel haec fugienda bibere
 Pocula, mente carent, sparguntq; per aëra voces,
 In rabiem tanquam vacui rationis aguntur.
 O Stygis insanae potum, quem Cerberus Orci
 Ianitor ille triceps bibituris miscet amica
 Fucataq; manu, laqueos & retia dulci
 Sub specie extendens capiendis pluribus apta.
 Sic agit & prudens auceps sua fila sub herbis
 Abdit, auesq; capit facili arte absconditus antro.

E 5

Huius

SCAENA RERVM
Huius hæresiarchæ Martini
Lutheri nonnullum
Epitaphium.

Hic monstrum deforme iacet, cuius furor orbem
Inuasit, præscæ hæreseos collector, & auctor
Errorum, populiq; pii valde impius hostis:
Hic iacet horrendi corpus sine mente Lutheri,
Quem Leo damnauit decimus, Clemens, Hadrianus
Sextus, at infelix triplici ceu Cerberus ore,
Nulli submitteus mentem latrauit in omnes.
Hunc quoq; vel Cæsar motus pietate, vocatum
Admonuit, quod Theologi fecere, piq;
Doctores scripto, alloquio, ratione, locisq;
Scripturæ, nihil his vsquam est inuictius armis,
Nec lapis est nullus non motus, ut impius ille
Furcifer ad Christi remearet limina, verum
Deterior factus sanis hortatibus, orbem
Paulatim totum falsis erroribus implet,
Suscipiturq; velut cælo demissus, ab illis
Quos trahit atq; inuat carnis lasciuia voluptas.
Nec sapuit tandem, quid dicis lector? habetne
Princeps Hæresiarcharum, & peior Machumeto,
Scismaticus, tantis dignos erroribus ignes?
Nec calcato pede hoc tam vile, ac turpe sepulchrum.
Absq; mora abstrahite te, ne quid contagia lædant.
O mortem formidandam fatumq; timendum,
Id breuiter dixisse fat est, nihil addere visum est,
Qui semel hauserunt tantæ contagia pestis,
Radicesq; altis animis fixere tenaces.
Non cedunt hominum cuiquam, sua dogmata veris
Legibus

Epita-
pui ji-
nus.

INVERSA.

37

Legibus opponunt, quasi sint oracula quadam
Diuorum, inuictiq; manent, viciq; videri
Nolunt, sed cornu feriunt doctosq; probosq;
Felix ille nimis, qui nullo Marte reuulsus
A grege Christi adum, seruat præcepta parentum,
Quem Deus ætherei hæredem præuidit Olympi,
Cælestiq; polo post mortem ac fata beandum.
Is prudens laqueos pedibus videt arte paratos,
Nec facile est vulpem annosam irretire, vel ipsos
Accipitres telo transfigere fortè volantes.
Fortior æternis, nulla est sapientia diuis,
Consilium non est quo possint Numina falli,
Spiritus ille suos seruat, ne turbinemersi
Succumbant, ne quid lædat noceatq; pericli.
Non dubium quin multi animi merore premantur,
Dum venit in mentem legum, quibus vitur ipsa
Christi adum plebs, heu clamant quàm læta Sionis
Carmina sunt? quàm vita decens? quàm nobilis ordo?
Quantus ibi fidei cultus? quàm sacra cæterua
Fratrum, qui præscis patrum se legibus ornant.
Quot passim videas tristi squallescere lectu,
Quos velut inuitos cogit lex publica præsci
Temporis optatos sine iure relinquere mores,
Inuiti spernunt, pietas quod patria sanxit.
O durum multis, ð intolerabile telum,
Infelixq; malum mortalibus, ð decus euz
Amisissum, si non liceat virtute parentes
Moribus & pietate sequi, nec detur honestè
Viuere, & antiquos fidei producere ritus.
O miseram sortem, quisnam feret istud? oportet
Absq; vlla ratione nouis parere magistris?
Ergone sacrarum rerum calcabitur ordo?

Et

SICCAENA RERUM

Et nostro tam grande nefas tolerabitur auo?
 Plus est antiquis concedendum, arbitror, annis.
 Quis constanti animo cæptos perferre tumultus?
 Quis nostræ poterit gentis mala tanta videre?
 Tot turbas, pestes, cædes, tox noxia damna
 Immotis oculis, nec flentibus? heu redière
 Tempora non lato signanda colore, diesq;
 Qualeis ante fidem fuerant mortalibus olim:
 Nunc arbuſta, hedera, spina, viticesq; recrescunt
 Alga, thymus, cytiſum, glebis immixta lutosis.
 Carduus & lolium, tot semina noxia, & herbæ,
 Corrupti mores pietatem extinguere pergunt.
 Quis tandem fruticum mala germina vellet ab aruis?
 Spinosos purgabit agros, & sordibus hortos
 Immunes reddet? quo proſcindentur aratro,
 Pestifera nocuaq; herbæ? quis corrigat orbem?
 Quoniam flante Deo in melius mutabitur orbis?
 Plantarunt fidei cælestia germina, diuis
 Præcones, fictosq; deos, & numina falsa
 Finibus Europæ procul eiecère, nec illis
 Usquam aliquem liquere locum, sacra semina verbi
 Sparsérunt & Cimæriis immersa tenebris
 Pectora purgarunt, populis præcepta dederunt
 Vtilia, atq; salutiferas Christo auspice leges.
 O quantum fecère boni mortalibus ipsis,
 Quos prius horrendus nimis excæcauerat error,
 Et quos detinuit longa ignorantia cæcos,
 Ac mersos nimium densæ caliginis umbra,
 Tunc Circes placuit potus, studiumq; Magorum:
 Atq; dolos lemurum resonabant omnia & artes,
 Tunc fuit in precio leuis Augur, & omnis aruspex,
 Monstraq; pro diuis tunc vel sacra Roma tenebat.

Hic

INVERSA.

Hic freta præclaro pro numine aquosa colebat,
 Neptunūq; sua sculpebat in æde figuram,
 Ille Deum quoq; fecundum putat esse Priapum,
 Et petit ut bene præſideat florentibus hortis.
 Nobilis effigies florebat vbiq; Diana,
 A plebe Astricolis erat olim aſcripta deabus,
 Quis non Sileni cingebat tempora fertis?
 Hic generosa Ceres, illic pro numine Bacchus
 Excolitur, tot erant dix, quot sunt oppida passim,
 Atq; suum quisq; attollebat numen in aras,
 Mercurius sonipes rectus prostabat & Atlas,
 Hic Sophia præſes stabat formosa Minerua:
 Illic Phœbus erat deus, auratisq; capillis
 Atq; oculo ardenti, lucens altare premebat,
 Impia curuabant multi genua ante Baalim,
 Et responsa dabant per talia monstra, loquaces
 Demones, humanas velut imo ex pectore voces
 Per saxa & ligna efformant, mutasq; figuras
 Vivere dixiſſes. Heu qualia tempora, quantus
 Error in humanis regnabat mentibus, vnus
 Ille Deus, qui solus habet dominantia rebus
 Iura, freti terræq; pater, splendentia cæli
 Tecta habitans, humili vix notus in vrbe popello,
 Per paucos qui thura darent, inuenit ad aras:
 Nunc raris extremos Petri peruenit ad Indos,
 Atq; reluctantes superauit fortiter auras,
 Nil scopulos, altasq; timens inuicta Charibdes
 Carmina Sirenium, cantus, modulosaq; sonantes
 Transiliens, conducta sacri sic flammis arte,
 Si qua fides multis, prudens transcurrit Vlyſſes
 Gurgites, vndosumq; fretum, latosq; meatus
 Auribus occlusis, non est illectus ab vilo

Guttire

SCAENA RERVM

Cutturæ Sirenum, vir monst'ris fortior ipsis;
 Sic vaga Christi adum potuit transire carina.
 Ignotos populos penetrare, orbisq; remotas
 Partes, sic variis constant' obambulat oris.
 Nobilior multo est veteriq; capaci' arca,
 Quem Domini iussu tumidis seruandus in vndis
 Conflavit Patriarcha olim, ne fortè periret:
 Intrepido pede discurrit, liquidumq; per aquor,
 Aurea ventosis tuto vela explicat auris,
 Omnigenosq; trahit populos in retia lata,
 Piscaturq; animas pereuntes gurgite in alto,
 Nusquam non iaciens bamos, & pendula fila.
 Est vbi non fuerit crux Christi cognita quondam?
 Illa Asia tenuit fines, regna Africa prorsus
 Subdita permultis rexit feliciter annis,
 Iudæa nunc Christum recipit, cultusq; beatos
 Numinis æterni, sacras legesq; docetur.
 Heretica senè mutarunt tempora pestes.
 Dum tanta est rerum concordia, dum silet hostis,
 Et dum prole noua sacra Christi Ecclesia crescit,
 Ignotisq; locis dum fortiter aucta triumphat:
 Interea exoritur monstrum infelicibus auris,
 Hic porcorum grex, erroribus omnibus implens
 Orbem, atq; erumpens hydræ instar sauit vbiq;
 Terrarum, è medio audacter sacra omnia tollens,
 Ingenia inficiens hominum, damnans, reprobansq;
 Quidquid honesti moris erat, nec inutile mundo,
 Cui si quod membrum resces, mox plurima surgunt,
 Et maior factò iam vulnere reddatur hostis:
 Sic quoq; dum nauis Zephyro spirante sereno
 Turbinis immemores ludunt, lætiq; iocantur,
 Securiq; sedent, mox gaudia flatilis Auster

Turbat,

INVERSA.

39

Turbat, & antennis, & vela patentia frangit
 Ista fides, quæ tot seclis durauit in orbe,
 Quam reges tenuere pii, quam mille probarunt
 Conuentus cœtusq; hominum, quam tota reliquit
 Diuorum veneranda cohors, scripturæq; promit.
 Nunc velut exilium patitur, nec sat scio quali
 Pectore, nunc credant Christo, in Christumq; fideles.
 Sic de nonnullis loquimur qui turpit'er errant,
 Hic proprio sese arbitrio regit, ille superbè
 Istius ingenio innixus, nulla arte mouendus
 Se putat esse Deo vicinum, extollit iniquo
 Iudicio cristas & cornua, & arguit umbras
 Rerum, excæcatis muros contrectat ocellis.
 Dic rabies nona nunc à paucis nata diebus,
 Cur præcepta hominū explodis? cur templa prophanas?
 Quid sacer ordo nocet? quid diuum corpora lædunt?
 Oscula, & fragmenta vitris inclusa tenellis?
 Adseruare potes, si quid dedit vllus amicus,
 Quid tibi non possunt veterum monumenta placere?
 Quis Christum negat esse caput, Dominumq; supremū,
 Quis dicit diuos maiores? plus quis bonoris
 Impendit diuis, quam Christo? somnia sunt hæc.
 Quis Christi præcepta neget seruanda? quis inquam
 Cur magis arrident sculptæ pictæq; figura
 Martis, Alexandri, aut Veneris, turpisq; Priapi,
 Quam Petri, vel quam Pauli doctoris imago?
 Monstrane ferre potes conflata vel ære vel auro.
 Ferre potes Bacchos desumantesq; Silenos?
 Effigies Christi cur non placet? en tibi Romæ
 Tot reges sculpto victores marmore præstant.
 Publica seruatur magni Ciceronis imago,
 Qui scripto exposuit Catilinæ crimina falsi,

Per here-
 ticos pe-
 riclita-
 tur fides

De iis
 qui vel
 addubi-
 tant vel
 errant
 in his
 que sunt
 fidei.

Qui

SCAENA RERVM

Qui quoq; descripsit post funera viuere mentes,
 Tot veterum erecta ostenduntur vbiq; figura,
 Romulus hic, illuc Flaccus, Seneca et Numa & Ancus,
 Augustus bellax, Lucrecia quam necat ensis:
 Scipio stat, stant hic genus immortale Sibyllae,
 Hic Crispus, qui non neg, enim seruare vetustos
 Authores clarosq; viros vel marmore duro
 Insanum est, vel chartaceis pictisq; tabellis,
 Sic quoq; qui fidei sparserunt semina primi,
 Qui decus hoc mundi Christum retulere parentes,
 Et qui Euangelii sacra fundamenta dedere:
 Qui quoq; sunt nobis sanctis pro paribus orti
 Effigies, decus aeternum, nomenq; merentur.
 Cede loco mendax error, parere necesse est
 Legibus & Christo, vincunt mendacia nunquam,
 Sed vincet Domini verbum, sermo igneus, anceps
 Nobilis & verax Christi, falsa ora refrenat.
 Non sic sunt nobis patres, pia turba, locuti,
 Non sic rex David, non Helias ille Prophetas,
 Non Esdras, non sic Samuel, lex nulla nec etas
 Haec aduexerunt vanissima somnia mundo:
 Nec sic nos docuit Paulus qui plurima scripsit,
 Nec Petrus, nec quisquam hominum, quid pluribus? & sic
 Finiero, non sic sacer ille Hieronymus olim.
 Non pater Aurelius praeses sanctissimus ille.
 Unde igitur pestes tantae? quisnam ergo magistrus
 Fallaces primum genuit? quis noxia primum
 Dogmata diffudit? num nostra superba voluntas
 Errorum fons, & radix dicenda videtur?
 Pone elato animo frænum, tua prompta voluntas
 Legibus obsequium praestet, contentus ab omni
 Lege mala te submoueas, substernito mentem

Praesit-

INVERSA.

49

Praesulibus, quibus est hominum data certa potestas,
 Haec incorruptum seruat prudentia pectus:
 Si non optassent mortales dogmata quaedam
 Nata authore nouo, mundus tranquillior esset.
 Spurca domus Babylon serpentum plena, scatensq;
 Sordibus, d' Stygium cacodæmonis illius antrum,
 Fallaci primos qui perdidit ore parentes.
 Tu Babylon sedes Plutonis es, has paris omnes
 Errorum species virtuti inimica, & amatrix
 Tota mali, capitum multorum belua, Christo
 Bella mouens, & sanctorum insidiosa voratrix.
 Hic sua quisq; adfert, Babylon dissecta, domusq;
 Diuisa arbitris: non vno iudice certam
 Praescribit legem, nec limite cogit eodem
 Confusos ciues, peregrinaq; pectora turbae,
 Non tales genuit primos Ecclesia foetus,
 Quorum animus, cor idemq; fuit, mens vna, eademq;
 Vitæ lex, fidei cultus sincerus, & ardor.
 At tu quam dubiis inuoluis pectora curis,
 Quos fumos oculis adfers? quo turbine mergis
 Simplicium captas inuerso sydere mentes?
 Quam tua in incautos dure fallacia scauit.
 Quam misere excæcas animos, & pectora turbae,
 Quanta tuis caligo venit emissa theatris,
 Sed nisi decipiunt tua retia falsa volentem:
 Nec proprio nisi Marte perit mortalis in orbe,
 Spiritus hic Satanae iam multos abstulit igne
 Ac flamma, id cineres testantur in aëra sparsi,
 Testanturq; manus lictorum, & flumina tincta
 Sanguine, nunc horum nusquam vestigia parent.
 Sacrilegi, insansisse sat est, respiscite: nam si
 Irasci incipiat Deus, implacabilis ille

Opinio-
 num dis-
 fidis in-
 ter se pu-
 gnât hæ-
 retici.

F

Sceniet

SCAENA RERVM

Scruet, & furor illius ceu feruidus ignis
 Vret, & absimet si quos inuenerit hostes.
 Ille potens pectros clypeos superabit & arcus,
 Pugnaesq; manus, enses, stimulosq; retundet,
 Et quàm conficitis disperdet fulmine turrim,
 Nec poterit peragi, quod iniqua ab origine ceptum est
 Infauis auibus, nullo quoq; sidere fausto:
 Schismaticis nihil aeternum est nisi supplicium ignis
 Non durat si corruptis radicibus arbor
 Floreat, aut si quos fructus promittat amenos.
 Spontè cadit vitium, fugiunt nullo hoste sequente,
 Qui peccare solent, nec habent in pectore pacem,
 Et veluti sensim pereunt, ceu soluitur aestu
 Et nix & glacies, fortiq; teruntur ab aura.
 Spes multa è Domino pendet, solabitur orbem,
 Ille repurgabit quæ sordent horrea, arena
 Dispergens flatu cumulos, & pulueris omne
 Sordentis genus: hic tandem ceu sedulus Esdras
 Instaurare urbem Solymam, ipsa altaria, muros
 Atq; nouas ades poterit, tunc omnia rursus
 Murmure suppresso, & pulsus procul hostibus ipsis
 Florebunt cultu solito, rerumq; iuuentus
 Prima renascetur, multo meliorq; diebus
 Transactis forsàn pietas erit, è generosa
 Tempora, & è faelix æuum, quis quæso videbit
 Te diuina ætas? homini num tanta voluptas
 Eueniet? spero eueniet, spes calica nutrix
 Mortales dulci solatur tempore, & illis
 Ne nihil è rebus sperent, promittere multa
 Læta solet, solet exanguis spes reddere viuos.
 In tranquillam auram clemens Deus omnia vertat,
 Id fiet si consilio utamur, si legibus ipsis

Nec

INVERSA.

41

Nec si nos cruciet rerum sitis vlla nouarum,
 Quo quæso rerum nouitas? vesania tanta
 Quid iuuat, vt nolis quod multa etate receptum est?
 Quò falsi authores? color hic elucet, at intus
 Abdita repperies viridi sub fronde venena,
 Quos tibi permittit Princeps euoluto libros,
 Authoresq; magistratus, si supprimat illos
 Quorum est ambiguus calamus, vel sordidus, atq;
 Plus satis obscurus, si quicquam seminis horum
 Codicibus fluat impuri, si iudice Regè
 Haud liceat tibi tam variis authoribus vti.
 Censeo parendum maioribus, atq; tenendas
 Toto animo ac digitis, quas possunt condere leges.
 Hi melius norunt quid profit, quid sit iniquum
 Aut æquum, quàm tu solus qui forsitan erras,
 Sic lege vt euadas melior, lectura sit omnis
 Vtilis, & nullum sine fruge reuolue libellum
 Nec quicquam immitas in pectora, quàm sit honestum,
 Vtile, & ingenuum: doctrinis, moribus, atq;
 Apto vsu formanda est mens, authoribus ipsis
 Pluribus hac in re per scripta iuuantibus orbem.
 O mihi si liceat finem fatumq; videre
 Extremum misere Babylonis, & aurea quadam
 Sacula, quæ procul excussa iam peste recurrent.
 Læta dies mirum est tenebras quæ pellit ab aura.
 Quantus erit plausus? quæ gaudia? quanta voluptas?
 Quantum lætitiæ diuis celestibus illis,
 Dum capita indomita Christus lacerauerit hydre,
 Dumq; neces perpeffa suas, tot monstra iacebunt.
 Non aliter quàm spumiferis immergitur undis
 Marmor, & in pelagi resluentia flumina sani
 Impetuosa ruunt sublimi è culmine saxa

F 2

Gurgite

SCAENA RERVM

*Gurgite, sic Babylon subito absorbebitur alto,
Et capiet multos magna admiratio, dicent:
Heu cecidit Babylon princeps, Babylon decus orbis,
Et regina potens, cum ciuibus omnibus atq;
Regibus illa suis cecidit: vos plangite sortem
Tam subitam: ò mercatores, fleat orbis, & omnes
Qui non dicendos eius videre triumphos.
Veh tibi scismatici, Babylonia stigmati atrix.
Non hæc perpetuò tempestas obruet orbem,
Imperio Christi venti, fluctusq; silebunt.
Non poterunt colubri tam turpia toxica in auras
Spargere, & aeternum impuros effundere flatus.
Vt Deus vnicus est, sic vnum Christus ouile
Pace reget, nauiq; sacre sua libera vela
Reddet, & multo felix seruabitur hoste.*

Apoca-
lypse. 18.
cap. huius
Babylonia
describitur
ruina.

¶ Hieremia. 13. Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut Pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Nitendum tamen Dei verbo, quod nunc malleus conterens petram, nunc gladius spiritus dicitur, vt è multorum peccatoribus tot sæculis iam nata pestes ac monstra euellantur.

Quòd hic tyrannus longè seuisissimus peccatum, videatur suo quodam iure inter mortales sedem aliquam sibi vendicare, receptæ iam multis annis consuetudini cuiusdam corruptissimæ imputandum cenleo, quippe si hydram vlnis & brachiis fortiter arreptam, in ignem coniecerimus, periculi nihil restat: ita si peccati cuiusdam exorientis vim in totum restrinxerimus, mores per consuetudinè non corrumpet. Quælo quid praua cõsuetudine nocentius? Antè Mosi ætatem frequens consuetudine peccatum,

INVERSA.

42

peccatum, adeo omnium oculos miserè excæcabat, vt opus fuerit postea lege scripta, qua tanquam digito, quid rectum, quidue prauum fuerat ostenderetur. Concupiscentiam nesciebam, ait Paulus, nisi lex diceret non concupisces. Et ad correctionem, data est lex. In quam decidebat cæcitatem populus Israëliticus sola tractus consuetudine? Cautum est ac receptum tandem, vt ostiis, liminibus, ac postibus dominica præcepta passim insculperentur. Quòd quorundam nobilium fastus à multis minus natalis vocetur elegans, ac decens gratia, gestusq; consuetudini ascribendum est: quòd hodie onus quodlibet ab humeris depositum, leuiter nonnulli iis committant, qui ne digitos quidem suos numero teneant, hoc effecit nullo iure toleranda consuetudo. Non hic de pia consuetudine, sed de ea agitur quæ humanarum rerum scænâ inuertit ac corrumpit. Quantâ pessimè agendi, loquèdi, emendi, vendendi, negotiandi audaciam hominibus attulit huiusmodi cõsuetudo? Quoties collegia, monasteria, coetūs ac cõmercia quorundam hominum, decies ad pristinam primamq; reuocata normâ, amulsim ac regulam, denuò ad pristinos languores, morbos, & piacula retraxit consuetudo? Consuetudo ne quid miremur Oedipus est, nullas non quæstiones, ac quâlibet scabrum, spinosumque Sphingis anigma soluit, ac discutit. Quippe si quis petat cur hoc aut illud fiat, respõdebitur, Cõsuetudinis est, ac moris. O magnum patrociniū, si tamen consuetudo praua sit, petito quid sic insolentes & effrontes obambulât

Cõsuetudo bona pro lege est, at mala in re improbat.

quidam in sacris diutorū templis? Respōdebitur,
 Id multis annis receptū esse. Olim piaculū erat,
 si quis in Gentilium sacris inambulasset adibus:
 hodie nostri magnates, nobiles, ciuesque omnes
 leuē quiddā iudicāt, si, proh dolor, Christi et ora-
 tionū immemores, in sacris locis cōnente tamē
 sacerdotū choro, vagi multo cum strepitu obam-
 bulent. Ad hęc cachinnis incōpositis gestibus ac
 nugis omnia cōmiscentes, quum ibi orbis decus
 illud Dominicū corpus ab omnibus verē colen-
 dum repositū sit. Adde quōd in consuetudinē
 ducunt cōplures ipsos dies dominicos ac solen-
 nes, ebrietatibus, alearum iactu, choreis ac turpi
 otio violare. Præterea quæ quondā erat vestium
 simplicitas ac tenuitas? nunc quātus factus in hac
 re? Hodie id moris est, si quis publico morioni,
 aut alii cui dā pauperi vestē dederit, vt eleemosy-
 na ab omnibus & videatur, & gloriam venetur.
 Sua insignia ne dicam & nomen, titulosq; suos
 intexet herus nobilis, & sic fiet per insigniopho-
 rū, vt per plateas deuehatur ac deprēdicetur elee-
 mosynæ authoris egregia liberalitas: cum dicat
 Christus, Matthei. 6. Sit eleemosyna vestra in ab-
 sccondito. Præterea si quis illustrioris familiæ ali-
 quod templum vitrea fenestra religionis ergo
 decorauerit, etiam si sit apud summum altare, ibi
 superba insignia, insignium mēbra, gradus par-
 tesq; deinde titulorum, ditionum, ac deniq; do-
 minorum omniū depingi iubebit numerū, vt
 tota illius genealogia, ac propago, innotescat aspi-
 cientibus: quum oportuerat potius Christi insi-
 gnia, crucē, lanceam, sertum ē spinis confectum,
 aut

Nobilitū
 quorum-
 dam sit-
 stus.

aut saltem nō nihil quod Christianos ad pietatē
 moueat per picturam exhiberi. Possunt quidem
 hęc forsitan ab ipsis summis ac præcipuis princi-
 pibus nonnunquam fieri, sanctius tamen fuerit,
 si vel Christi, vel alicuius diui illis in locis monu-
 menta, ac memorias affixerimus. Si enccenia, &
 (vt vocant) templorū dedicationes celebrentur,
 quanta ibi ebrietas? quæ immodestia? quæ homi-
 cidia nonnunquā à multis patrantur? quū illis sa-
 nē diebus oportuerat populū sacris mysteriis, ac
 oratiōibus vacare. Quin vitia refecamus, quæ pra-
 ua adduxit, hodieq; fouet consuetudo? quis re-
 rum omnium ordo? qui boni mores ac ritus nō
 elanguent hodie? quid non deprauat consuetu-
 do hęc rerum omnium malarum parens?

C*Riminis assueti radix, sic viribus aucta
 Creuit in immensum, sic inualuere scelesti
 Mores, vt vitium nomen pietatis honestæ
 Occupet, atq; malum bonitas laudata putetur,
 Sic cæco mens iudicio iugulata tenetur
 Errorum tenebris, humanaq; iura reliquit.
 Inualuit scelus, & vicit: scelus imperat orbi,
 Virtutisq; locum tenet, & vim inferre Tyrannus
 Nititur humanis, superans iura omnia rebus.
 Ceu febris tremulos paulatim irrepit in artus.
 Et magis, ac magis accrescit, gressuq; dolofo
 Ingreditur, rigidos mox allatura dolores,
 Sic mala paulatim adrepunt, hærentq; tenaci
 Nervo, vix vllis tandem excutienda diebus
 Optima semper ament homines, subitoq; reuellant
 Omne malum, quod cœu pedetentim inuadit inermes
 Incautosq; animos, animorum pellere morbos*

Mille argumentis docuit prisca & vetus ætas,
 Difficile ad rectum qui iam senescere reducas,
 Arboribus sunt per similes, quas longior ætas
 In curuum flexit, sensim accrescentibus annis.
 Eheu quam durum est cognatos tollere mores,
 Haud facile abstrahitur nobis, multoq; labore,
 Vel quod naturæ est, vel quod natura secunda
 Addidit, immensas consuetudo improba vires
 Possidet, & rebus sine lege inuicta resistit,
 Si vulpem foucas, num decipieris ab illa?
 Num tandem pullos rapiet, plumisq; reuulsis
 Secretò exedet hanc prædam? sic stulta voluptas
 Inrita naturæ, sic consuetudo recepta,
 Et seruata diu trahit, insuetitq; rapitq;
 Nescio quò, seruumq; facit, qui viuere liber
 Nititur, illaque atq; suis strictè omnia neruis.
 Quis precor Æthiopsis nigros auferre colores?
 Quis poterit doctus niveos inducere pictor?
 Quis mutet cygnos, aut coruos fecerit albos?
 Qui possent fluuii resiliere per aëra sursum?
 Quis flammam impediatur ne quando feratur in altum?
 Aut ne transacto iam frigore, rursus hirundo
 Aduolet, omnigenis auis optatissima terris?
 Quis tollat mores, quos iam natura recepit?
 Quid magis esse tenax possit? quid in artibus hæret
 Fortius? an quicquam miseros violentius vrget?
 Quid libet Hebrææ mores producere gentis,
 Quæ velut accessu ætatum dispendia tanta
 Incurrit, vitisq; aliis alia addidit audax,
 Atq; scelus scelerum adiecit, noua crimina quedam
 Amplectens, tantum duce consuetudine longa?
 Testa bibit primos, multoq; reseruat odores

Tempore,

Tempore, & attractos succos tenet, atque liquores,
 Sic quos imbiberit mores semel impius orbis,
 Hos colit, ac retinet, patitur nec abire libenter,
 Quos sibi iudicio facili persuasit amandos.
 Mortales cæcos huc hæc insania trahit,
 Vt quidquid placeat semel, id videatur honestum,
 Principiumq; mali nollint euellere morbi.
 At seruant agro nascentia toxica ventre.
 O homines seruum pecus, ô genus, inquam,
 Seruum, infame nimis, supplex fer ad astra tenellos
 Hosce oculos, agnosce Deum, grateq; repende
 Clementi Domino, cuius te gratia donis
 Vtilibus fulcit, cuius pietate foueris,
 Et per quem recipis pleno tot munera cornu.
 Quid velut inuitis fatis, tot mania quedam
 Pectore monstræ foues? quid tot tibi noxia quæris
 Semina, quid quoque tot scelerum tibi toxica seruas?
 An vos Christigenæ ingratum genus, an ne professi
 Christum, Christi adun titulos & iura tenetis?
 Et tamen hunc miseri assidua impietate negatis.
 Ora sonant Christum, sed abest cor ab omnibus aris:
 Nec datis hic animos, quales lex iusta requirit.
 O vitam in rebus Christus præcederet, ô si
 Effet in humanis dux & velut anchora rebus.
 Hic, inquam, qui donat opes, qui gramina rore
 Nutrit, & in bibulas sua flumina spargit arenas,
 Qui creat auroram, qui Phœbum illuminat ipsum,
 Nostraq; qui refouet vitæ alia corpora pastu:
 Qui vitam infundit variis animantibus, & qui,
 Quod maius, quanta hæc pietas? quæ viscera amoris?
 Iudicium tulit iniustum, accusatus iniquo
 Cætu hominum, duram mortem, extremiq; dolores

F 5

Sup-

SCAENA RERVM

*Supplicii iustus, nec corde nec ore dolosus,
 Pignore qui magis nos insigniuit amoris,
 Et grauiore iugo pressos in carne redemit.
 O Christi meritum excellens, ò vulnera sancta,
 Limina quae nobis referant caelestis Olympi.
 Hunc vos mortales colitis, cognoscitis, idq;
 Ore, necesse etiam est mentem sustollere in altum,
 Et toto feruore animi tam dulce precari
 Numen, vt illius extollatur amabile nomen.
 Quin colitis pietate Deum? quid frigida corda
 Subtrahitis? pietas aui est renouanda prioris.
 Quanius erat quondam feruor? quam propterea voluntas
 Sancte viuendi? numero superabat arenam
 Christi adum grex ingenius, nunc parvula turba est.
 Et multò inuenias plures, manusq; videtur
 Illorum esse agmen, tempus qui turpiter omne
 Absumunt, toti q; vacant turba improba mundo,
 Quam qui sincere Christi praecepta sequuntur.
 Quid non mortales contemnitis ò genus audax?
 Et vester quò non penetrat temerarius ardor?
 Quò posset vestra impietas procedere quae so
 Vltius? scelerum satur est nimis impius orbis.
 Imperat hic mundus nobis, corrupta voluntas
 Illa prior stupet, & pigro sub corpore dormit.
 Quid scribam? manus agra tremit, vox faucibus haeret.
 Simplicitas mutata, iacet, silet, illaq; tanquam
 Mortua in obscuro latitat prostrata cubili,
 Nec reditura vnquam est, nunquã exoritura videtur
 Rursus, ab exilio non est renouanda perenni.
 Heu perit virtus, non est reparabilis orbis.
 Flere decet lachrymis pietas tua funera multis.
 Ecquo quae so loco est num plane extincta videris?*

Haud

INVERSA.

45

*Haud aliter quam praelongis crescentibus herbis
 Succumbit peritura seges, calamisq; virentes
 Herbefcente hedera vitricae, vagisq; miricis,
 Viribus exhaustis mediis sternuntur agellis:
 Sic pietatis honor, nomen viresq; premuntur,
 Moribus obscurata malis, morituraq; languent.
 Quis neget hoc? quis mortalis tam naris obese
 Non videt innocua perisse insignia vitæ?
 Diuis nullus honor, summi nec Numinis aras
 Pigri mortales, digno veneramur honore,
 Nec nobis est cura Deum, quos debuit orbis
 Assiduo cultu ac suprema attollere laude.
 Estq; decens cultus, si quisquam imitetur eorum
 Et vitam & mores vere pietatis amore,
 Ardenti affectu, studio quoq; pectoris omni,
 Sed neq; subsequimur diuini vestigia vitæ,
 Ordine, nec cultu externo conamur honores
 Reddere, quas pietas illorum iure requirit.
 In summa passim diuina humanaq; frigent
 Omnia, miscetur caelo nullo ordine tellus
 Confusumq; genus rerum & miserabile fatum est.
 Sacrificis & praesulibus reuerentia nulla est.
 Ludicibus nemo assurgit, canaq; senectae:
 Nec timor est vllus, nec amor, nec cultus & ordo.
 Lubrica & effrenis volitat sine lege inuentus,
 Et sordet pietas, & caelum & numina ridet,
 Nec patitur supereffe pios miserabilis aetas,
 Musica cur Veneri seruit? tam nobilis ars est:
 Quin sua diuinis seruat modulamina rebus?
 Organa templorum calamis resonantia raucis,
 Non nisi sacra crepent, nec enim decet illa prophanis
 Vtibus inseruire, Deo sua carmina debent.*

Sic

SCAENA RERVVM

Sic status, ars, ordo, Sophia atque scientia semper
 Ad Christi virtus sanctum referantur honorem.
 Nunc vbi virtutis claros lucere capillos
 Prospicias? fidei sinceræ vbi nobile germen?
 Nunc vbi restrictæ contemptus carnis? an vsquam
 Corporis abiecti pia mortificatio lucet?
 Quis nobis passi refert vestigia Christi?
 Quis verè pauper nummis valedixit & auro?
 Quis promptè studium mentis conuertit ad astra?
 Aut quis non potius studet, & sibi, & istius orbis
 Delicis, nutritq; animum fluxo aëre, curis
 Sollicitudinibus vanis, & manibus auris?
 Nec modò corrumpit vitam, moresq; Lutheri
 Hæc rabies, nec enim est solus culpandus. at ista
 Hæc, inquam, lasciuia caro, lasciuia voluptas
 Militat, & contra mentem mouet aspera bella.
 At vitium trahimur, vitio paremus, & hosti,
 Dextras porrigimus vitii, nec nitimur vlllo
 Marte voluptates restringere, demonis arma,
 Pellere, & intacta mentis seruare quietem.
 Nos nimis allicit hæc peccandi insana libido:

Superbi, Hæc multorum animis cecini, sed ad omnia surdis,
 auari, Nec vox consilii auditur, vulgoq; seuerus
 scortatores, Dicitur, ac mordax monitor, qui crimina carpit.
 heretici, Heu mihi quòd scriptis non detur prodere quidquid
 simonia Sentio, & his oculis video, quis rodere vero
 ci & his Mordaci auriculas teneras precor audeat? ecquis
 similes, Ira hominum sese exponet, pro nomine Christi
 nolunt Instar Ioannis? quis ceu pius Helias olim
 sua bul- In ciues stringit sua labra tenacia veri?
 cera feri In ciues stringit sua labra tenacia veri?
 pro aut Quis duro inuehitur scelerum in contagia dente?
 ore proci Tempus obest, neq; enim alterius fert verba lubenti

Quisquam

INVERSA.

46

Quisquam animo, mel dulce petunt puerilia labra,
 Cæcropii leges nolunt audire Solonis,
 Nec Lacedæmonii accipiunt præcepta Lycurgi,
 Nec quicquam facit & Minos Cretensibus illis,
 Adducens prompta non impia dogmata mente.
 His quoq; dum vitæ formas præscribit, & artes
 Pythagoræ, malè displicuit sententia multis.
 Ah tanti doctrina viri omnem est passa repulsam,
 Dum carpit scelus, ac virtutis semina plantat:
 Plebs inculta lubens nunquam documenta recepit.
 Nil mirum, noua res non est, odere superbi
 Et legem, & legis speciem cane peius & angue.
 Sic ægros oculos lux res letissima ladic:
 Derestantur onus graue, quàm sunt aspera clamant.
 Hæc iuga, cum non sint onera vlli dura volenti:
 Quidquid præcipitur graue fit, durumq; superbis,
 Nec quisquam agnoscit crimen, lataleq; vulnus.
 Desidiam & fastum quis non excusat iniquè?
 Argue flagitium, & facinus, tibi nullus amicus
 Eueniet, capitalis erit qui fauerat hostis,
 Incurrèsq; odium bellæ, meliorq; nec vllus
 Reddetur, sed eris si quid patiare, beatus:
 Iusticie legisq; tenax, tibi præmia Christus
 Seruat, in Elysia insignem dabit æde coronam,
 Lucidus æternum splendebis, vt aurea cœli
 Sydera, odorifera gestans ex arbore palmas.
 Preco sacer quid labra tenes? nec regibus vllis
 Nullis præsidibus, si res tamen ipsa requirat,
 Parcito, sed quidquid cœlestis spiritus ille
 Suggestit, eloquere audacter, nec munus in ore
 Flamini adserues, verbum qui celat iniquo
 Iure vocandus erit, tua sancta vocatio fac sit.

Mutus

Mutus eris canis, os digito si comprimis, euge,
 Sic facito vocem, patulis & faucibus effer,
 Nónne Nathan rigido Dauidem corripit ore?
 Nec dicas clauditi duras Ochofias aures,
 Seuus Ahab non vult quenquam qui mordet adesse,
 Ex lapidum iactu Stephanus cadit, & pius ille
 Zacharias moritur fato compressus eodem.
 Quorsum tam timidae voces? sub Sole timendum
 Ecquis te docuit, si viuas legis amator?
 Si tua nixa Deo sit mens, si pectore toto
 Numinibus diuis fidas, credasq; potentem
 Esse Deum, iustis qui murus abeneus astat,
 Ceu gallina suos paulo sub tegmine pullos
 Confouet, & tectas miluo defendit ab hoste.
 Sic pius ille Pater facit, & tutò omnia seruat:
 Praecipue hos qui legis amant sanctissima iura,
 Qui scelus audaces damnant, & inutile germen
 Peccati, quod fortè aliquis cacodemonis astus
 Plantauit, Stygii vel Cerberus incola regni.
 Et qui ceruices animas & corpora sternunt
 Pro patris aris, & legibus, & cruce Christi.
 Qui pestem hereseos vellunt, & inania quadam
 Somnia, quae peperit nouus hic & lubricus orbis.
 Quis ferat insani scelera omnia noxia vulgi?
 Quis ferat hos animos hominum, tot pestibus aegros,
 Et medicas adhibere manus ad vulnera nolit?
 Quis ferat à tremulis senibus, balbisq; puellis
 Offendi grauitè leges, repetitaq; toto
 Corpore crimina completti decies vel in hora?
 En loquere Europæ toti, errantemq; doceto
 Audax, intrepidoq; animo, dic nata Decorum:
 O Europa genus felix, quo laboris? ecquo?

Qua

Qua graderis? recta incedas, gressusq; reflecte
 Intortos, finem cæptis imponito, nec te
 Perpetuò teneat vafsaniam tanta. Quid erras?
 Quid tot fasciniis seducta & capta laboras?
 Inspice te, sordesq; tuas, tenebrasq; relinque.
 Absterge assiduò spurcissima crimina fletu,
 Nec tibi des requiem, nec sit pax ossibus, ut sic
 Numinis iratum possis remouere furorem.
 Ac tibi mitescat tandem, nudaq; fanere
 Europæ velit, atque fidem tibi reddere primam
 Errore expulso, amotisq; coloribus istis
 Omnibus, ac nœuis, velut orto Sole relucet
 Omnia, & auulsa redeunt mox lumina nocte.
 Tunc nouus orbis erit, noua lexq; videbitur orbi
 Nasci, plebs noua erit, pulsus erroribus, ætas
 Læta reuiuiscet, florebut omnia regna.
 Sed serò fortuna venis. Quid lenta moraris
 Prosperitas? hodie vitius sunt omnia plena.
 Quid videas passim per agros, quam monstra domosq;
 Culmine non tectas villo, lacrataq; templa,
 Villarum ruptos postes, languentia tigna
 Murorum, effusos lapides, mucoq; sepultos,
 Effractasq; trabes, laceras putresq; fenestras?
 Quid precor argumenta orbi tam clara loquuntur?
 Cur lugent aulae fissis fractisq; caminis?
 Euerse turres, depressa cacumina rerum,
 Dilaniatæ vrbes, disiectaq; mœnia, templa
 In loca successu ætatum mutata prophana
 Testantur moresq; malos, vitamq; scelestam
 Quam multi ducere patres, quam ducimus ipsi.
 Heu quantis hæraclitus, si viuere, orbem
 Fletibus impleveret: quæ, quot suspiria, quantas

Exprimeret

Exprimeret mœstis lachrymas commotus ocellis?
 Dum Solymos peteret Christus procul aduena cines,
 Discipulis simul (vt semper) comitantibus ipsis
 Illachrymans ait, O si certò tempora nosces,
 Impia gens nimium, quæ sunt aliquando futura,
 Ipsa quoq; ora tuo opplerentur tristia fletu.
 Fleres mœsta nimis, clamorâsam ad sidera vocens
 Efferes, tristi diffundens gutture fontes.
 Hec quos singultus madido deduceret ore,
 Si nunc tam misero mortalis viueret ano:
 Et sic Europæ languentis fata videret,
 Admixtus nobis, viuens quoq; Sole sub isto.
 Famosæ excidium flebant miserabile Troiæ
 Fatiloquæ vates, flebant quoque flagra Prophetæ,
 Quæ populus quondam commissa ob crimina ferret.
 Ecquis erit, qui sat iustis hæc tempora nostra
 Flere queat lachrymis? vbi Mosi fletus? an vsquam
 Et dolor & pietas sanctorum quæso virorum?
 Quin miseros ploras? vbi sunt tua viscera Paule?
 Tu quoque stellifera ferto redimitæ coronæ,
 Petre, pater, ductorq; gregis, num respicis agnos
 Errantes? dormisne Simon? pectus moueatur
 Quæso tuum, atq; aliquos pro nobis excute fletus.
 Tu sceleris memor admissi, quod nosse negaris
 Ter dominum, lachrymis purgasti crimen amaris.
 Nunc Augustini quis tot suspiria narret?
 O quoties Daniel fleuisse piacula vulgi
 Se dicit, liquisse cibi potusq; sapores?
 Mortales nolunt sua turpia crimina flere.
 Cælum dat lachrymas, nubes sua flumina fundunt,
 Rorem terra parit, mare spumosisq; redundat
 Fletibus, & gemitus dat turtur in arbore raucos.

Interea

Interea obteſti tenebris cæciq; vagamur,
 Quolibet, immemores nostri, malè nostra voluptas
 Errat, & errantes sparguntur in aëra mentes.
 Rara Creatoris fit mentio, sunt quoque multi
 Qui viuunt instar pecudum, pecudesq; videntur:
 Nec prompto aspirant ardore ad sidera mentes,
 Nec naturam hominum ductam ratione tenemus.
 Hec malè consulimus nobis, oblitâq; cæli
 Pectora dammando impietatis amore fouemus.
 Hic mihi multiloquo temerarius obiicit ore
 Fortè aliquis, proprios ne quid culpareris annos,
 Etatemq; tuam, num sanctior illa vetustas
 Prisca fuit? num labe carens antiqua propago
 Tota fuit? scelerumq; expers? niue purior omni?
 Mordacem calamum nostros quid stringis in annos?
 Vt fatear priscis nonnulla piacula seclis
 Nata, nec antiquos vitio caruisse parentes:
 Nemo tamen merito meliora hæc tempora dicat,
 Quæ vincunt annos multa impietate priores.
 Quæ pestes peperere nouas, speciesq; malorum,
 Quæq; dedere mali contagia noxia & artes,
 Si nihil inuitent anni, quid clara Poëta
 Extollunt toties veterum monumenta parentum?
 Tempora quid deslet mutata Boëtius? aut quid
 Sic toties proprium accusat quoq; Mantuus æuum?
 Quid versos homines Naso, moresq; subinde
 Concinit, & ritus alios, aliosq; renatos?
 Si nihil interit rerum, si profusus eodem
 Cardine, quo quondam rerum fata omnia pergunt?

¶ Illud Ecclesiastici cap. 7. iure adduci potest hodie, Corda fi-
 liorum hominū implentur in malitia, quum non modò mē-
 dacij, dolis ac fraudibus in nonnullis negotijs, Christia-

G

nos

nos fratres circumueniant, plerique (vt sic Pauli verbis vtar) sed nec Dei, nec vllius religionis videntur esse memores: quæ res efficit, vt hæc ætas non vno tantum flagri genere ab iratis Superis concutiatur.

Quanquam hominũ numerus in diebus ac magis accrescat, non propterea statim maior enascitur pietas, aut euidentius floret legum cultus, atqui tanq̃ si multitudo patrocinium quoddam errori ferret, nouorũ scelerum vix antea vllis sæculis natæ species, vena sua euomunt & exerunt, vnde accidit vt impietate inualescente, velut per insidias succrescat nobis rerum omnium pœnuria, egestas, crebra fames, & nonnulla quædam huiusmodi nescio cuius Nemesios irritamenta, tormentaque. Posuit Dominus terram in saluginem, propter malitiam habitantium in ea: quarunt omnes quæ sua sunt, non quæ alterius: mendaces sunt filii hominum in stateris suis, sibi tantum velut clausis tibiis canunt plerique, sibi emunt, operantur, loquuntur, ac quiduis tractant, nulla Christiana apud aliquos charitas effloret hodie, aut certe frigida & exigua. Quam sunt versipelles, quam versuti, quam cauti, quam & fronte & ore & gestu, & lingua ficti & mendaces sunt huius sæculi filii, vt licet cum Christo loquar multò mi hercle prudentiores sunt in generatione sua filiis lucis. Nam ad quoduis pium opus & lippientes & cæcutientes, imò vel talpis ceciores sunt, sed si quid mali patrandum sit, hic frontem, hic nasum, hic artes parant, hic plusquam lynces sunt, atque in medijs tenebris apertos habet oculos, nocturnum instar,

instar, imò vulgares, ac mœchanici nonnulli opifices, nimirum nauium, murorum, ædium, vestium, aliarumq̃; multarum rerum artifices, quæso quanta simpliciores è vulgo fallunt audacia? quæ lana? quod filum? quis panus? quæ tela? quæ vestes? quæ purpura? quale gen^o vel bysini vel holoserici panni? quibus suffulturis ac pellibus calefacimus corpora? Dubium non est quin his in rebus fuerit olim felicitior Europa, quin inq̃ hæc rerum genera haberit multò vtiliora, melioraq̃; q̃ his infelicibus annis, in quibus nonnulli vulpina vafricie simplicium & credulorum res irretiunt. Quæso vbi fabri lapidarii, lignarii, ferrarii, vitrarii, sartores, futores, marmorum sculptores, pharmacopolæ, bibliopolæ, laniones, caupones, pistores, pelliciones, textores, adeoq̃; etiã mulierculæ fructuariae, ac olitores, & his similes? Hic enim quorundam animos lubes detextero, qui contra proximi peccates charitatem, quos possunt decipiunt ac fallunt. Vbi inquam ex iis qui absq̃; fucis, laruis & fraudibus, vel vendunt, vel emunt, vel licitatur, vel contrahunt, vel stipulantur, vel extruunt, vel demoliuntur? Mille nocendi ac decipiendi artes, & in peius vniuersus hic orbis volubilis cuiusdam sphaerulae instar deuoluitur, quum tamen filiorum Dei sit, è virtute in virtutem perpetuo progredi, si qua Dauidi fides. Beati enim iure sunt, qui esurietes ac sitientes iustitiã, in melius ac melius suos assidue prouehunt mores, seque in dies superant, ac veluti ditescunt pijs vereq̃; Euangelicis operibus, qua de re D. Augustinus in ingenti illo suo opere de Ciuitate Dei latissime dicit, idq̃; locis & apertis, & compluribus.

Quid causae? quod nunc passim nec templa nec aedes
Sacrae numinibus fiant? foris exulat illa.

*Ardenti
us faue-
bat anti-
quitas
templis,
monaste-
riis, &
ecclesia
mini-
stris.*

Prischorum pietas, quid non ex iure sacerdos
Accipit à populo decimas? foris exulat illa
Prischorum pietas: quid nunc contemnitur ordo
Quem monachi seruant? quoniam foris exulat illa
Prischorum pietas: quid nunc tot scripta per orbem
Sparguntur vulgo variis condita venenis?
Agnoscas Caecodæmonis os, foris exulat illa
Prischorum pietas, quae Christo arisq; fauebat:
Et per quam sacris amor & reuerentia mystis
Multa fuit, prob Iuppiter, infelicia mundo
Sydera luceant, heu perditâ tempora mores,
Quos nunquam laudare queat mea casta Menerua.
Quid nunc pauperies? quid egestas opprimit orbem?
Num quoniam pietas foris exulat? heu foris illa
Exulat, & secum foelicia tempora traxit.
Quid pater in natum insurgit? rursusq; paternam
Expuit in faciem proles? foris exulat omnis
Prischorum pietas, & inertes viuimus omnes.
Vix frater fratrem nouit, cognatus ab omni
Sanguine abest, nec naturæ ius seruat amicos.
Vis segetum frugumq; amplissima copia quondam
Nusquam non fuit, & tellus tulit vberè vena,
Et pleno cornu, quidquid mortalibus esset
Vtile seruandæ vitæ, regnabat vbiq;
Terrarum generosa Ceres, suauisq; Lyæus.
Nunc magno venit precio quod postulat vsus.
Vtile quod vitæ est multo sudore paratur,
Tempora mortales mutant, si desinat orbis
Iram Numinibus diuis accendere, si se
Inspiciat, vitisq; suis valedicat, habebit

Optatos

Optatos gratosq; dies, Christi q; fauorem.
At si perpetuo seruire velimus iniquis
Moribus, & tumidas fastu sustollere cristas,
Omnibus euenient aduersa pericula, febres,
Pestiferi morbi, tumida hucera, & angor, & horror,
Damnâq; fors orbem multo grauiora minatur.
Quid mirum tandem? mortales talia habemus
Tempora, qualia nos, & crimina nostra merentur.
Peccamus grauiter, virgas fustesq; meremur,
Assiduâsq; cruces merito scelus addit, & iras,
Prospectus è cælis oculus, qui viuus & asper
Cuncta videt, videt internas sub collibus vndas,
Quas prudens natura abdit, videt omnia solus,
Errores videt, & genus intractabile nostrum,
Et qua quisque via, quo gressu atque ordine viuat.
Numinis æterni dormitq; scientia nunquam.
Foelix illa ætas, dum nullis legibus orbi
Esset opus, dum nullo vsquam cogente magistro
Mortales facerent, quod erat rationis & æqui,
Nec duris insculpta essent præcepta metallis,
Dum nullum incuteret crudelis virga timorem.
Pax animis ô quanta fuit? quam suauis quietis
Obletamen erat, quam prospera tempora, quantus
Naturæ fluxus, quam foelix tractus & ordo
Rerum, quas semper quædam lex certa regebat.
Si libeat ventos & fulgura & astra subinde
Adferre, inuersasq; artes, quis finis, & ordo?
Quid non prædicunt nobis cælestia signa?
Nunc pluit, & tumido soluuntur ab aëre nimbi,
Nunc sicca tellure sitit gramenq; segesq;
Nec cursus retinent velut olim sydera certos.
An spirant aura, veluti spirare solebat?

G 3

An

An sit hyems certa, atq; æstas? an vniua Ceresq;
 Natiuos prorsus referant, reddantq; saporēs?
 An vites gignant sapidos velūt ante liquores?
 Solstitiis æstas vix nunc est vlla serenus,
 Si quis apum succos & mel gustauerit ore,
 Mox detractum aliquid suauē, & dulcedinis esse
 Dixerit, & solitos velūt amisisse saporēs,
 Naturæ vires languereq; senserit, ac mox
 Clamabit, violasq; mori, floresq; perire.
 Quid loquar? in prima nascentis origine mundi
 Plus valuit pomi sapor vniuis omnibus istis
 Delitiis, nec iam perdix tam suavis habetur,
 Quam teneri quondam decerpti ex arbore fructus,
 Infœcunda velūt dormit stupido inguine tellus,
 Nil nisi nunc tenues partus foetusq; reportat,
 Qui coluere agros, quondam sua plena quotannis
 Horrea clauderant, si prosidisset aratrum,
 Vel nimium quoddam è tellure, at nunc nec aratro
 Vel satis excolitur, vel vomere scinditur aruum.
 Vix quoq; sepe rinat, si pinguis stercora spargas:
 Vepribus immixta nocuus nascuntur aristæ,
 Nec pannis tinctura valet, nec vitibus imber,
 Fertilibusq; agris cultura nec utilis vlla est.
 Expectas segetes, spinas virgultaq; densa:
 Atq; herbas steriles, lolium vel triste legumen,
 Vrticasq; vagas, & inutile germen habebis.
 Inspice si pictor tam doctè pingat vt olim,
 Ingenio mirè facilè pingebat Apelles,
 Aut saltem si reddat opus iusta arte paratum,
 Et si tam viuus color est, sine fraude, figuris
 Additus, & si quid natiuo luceat auro.
 Inspice si sculptor durissima marmora ritè

Præpa-

Præparet, & sculpat sacras ponenda per aras,
 Si tantum plumbi vitreis manus vlla fenestris
 Addat, vt artifices quos fraudis nulla fouebat
 Sollicitudo olim: sitis auri est maximus ardor,
 Rerum luxuries dedit aurea tempora quondam.
 Inspice si multos pannus non fallat eminentes,
 Filo confectus tenui, fucisq; relucens,
 Vt mendacem detet herum, spolièq; crumenam
 Pauperis. ò rerum laruas, quid nunc caret arte?
 Quis textor, qui nunc telam non conflat iniquis
 Artibus, & quam musca leui non rumperet ala?
 Inspice si rerum quicquam perduret, vt olim,
 Quidquid sinxerit ars terit hoc citò edacius æuum
 Naturæ mutant vires, ferrumq; chalybsq;
 Æs resonans, auri candor, genus omne metalli.
 Non bene purgatur flammis crepitantibus aurum,
 Nec fornax stagnum emundat, fragmentaq; plumbi.
 Artificium omne genus videas, si non manus omnis
 Degeneret, si quid rerum est, si currus, aratrum,
 Horrea, si muri, si mœnia, serinia, lecti,
 Si vestes fucis careant, si quid sit in orbe
 Quod non fallaci fucatum prodeat arte.
 Inspice si vernalis erat tanti alba papyrus,
 Linguaq; caudicis si tanti constitit olim.
 Non ita fecerunt veteres, nec amica vetustas
 Incautis sic imposuit, nec fraude sefelit.
 Plus veri iustiq; ætas antiqua colebat,
 Plus erat & patribus sincera simplicitatis.
 Nec cura color vllus erat, sed vna figura
 Naturæ reddens faciem, sine fraude placebat.
 O vulpes, quis nunc vestros non percipit astus?
 O laruas hominum, fucos, fallacia monstra,

G 4

Ofrau-

*O fraudes, quibus infelix hic perstrepat orbis,
 Retia simplicium, tenuis laqueiq; popelli.
 Nunc vitæ inspicito tractus, quam debilis umbra?
 Quis fumus? quàm fluxa caro? & mutabile fœnum?
 Hac sub tam tristi caligine viuimus, atque
 Perpetuo rapimur molu, sensimq; perimus.
 Vita hominum breuis est, celeriq; coacta volatu
 Effluit, & non est vllas retinenda per herbas.
 Cur longæui homines vixère diutius olim?
 Vitaq; cur poterat plures perferre Decembres?
 Limitibus natura suis contenta stuebat,
 Liberatq; optato pandebat carbasa vento.
 Natura egredimur fines, languescimus, atque
 Paulatim terimus nimio corpuscula luxu:
 Corporis atque animæ vires dissoluimus omnes.
 Natura quid nobilius? quid gratius illa?
 Cum sit vita breuis, breuior cur redditur illa
 Assiduo luxu? quid in artus stringimus enses?
 Pertinet ad pecudes, turpis, nec amanda voluptas
 Est hominum post fata aliam expectare quietem,
 Atque voluptatis melioris præmia ferre.
 Non decet in fluxis animum aut spem figere rebus,
 Nec summum esse bonum quod transit inutile dicas.
 Iure puta esse bonum, quod te beat, atque perenni
 Fœlicem reddit vita, æternisq; triumphis,
 Atq; tuum accusa scelus, infelix quoque pectus
 Tundito, si quando te sors premit anxia, si te
 Durior exagitet Nemesis, si turbis ala
 Te quatiant, si te occurrentia damna salutant:
 Sed vel totam operam perdo, quis se profitetur,
 Fortune authorem propria? quis iure mereri
 Se dicit quidquid patitur, nec enim nisi per nos*

Nullus
 nisi à sei-
 ipso ledi-
 tur.

Lædimur,

*Lædimur, & pœna omnis nostra nascitur arte,
 Suppliciumq; scelus comitatur, corpus & umbra.*

¶ Priscorum sobrietati successit quædam ebrietas pestilenti-
 ssima, vt hodie illud Nehemia in multos quadret, cap. 9.
 Comederunt & saturati sunt, impinguati abundarunt de-
 litiis, prouocauerunt autem te ad iracundiam.

Non viuit mortalium quisquam sub so-
 le, qui si norit quàm ingens sit malum
 ebrietas ipsa, Bacchi indecens ille cultus
 ac beluinus luxus, infame illud monstrum ven-
 trisq; studium, non protinus exclamet corrupta
 hodie esse omnia, orbemq; vniuersum valde in-
 fœlicem, qui tot ventris alit mancipia, tot Pene-
 lopes sponso fruges confumere natos, qui teste
 D. Paulo Christo Domino non seruiunt, sed suo
 ventri, crucis Christi pernicio fisisimi hostes, quo-
 rum Deus stomachus est, aluus, vëtrisq; aqua-
 culus ille, qui auidè quidquid infundis recipit,
 ordinis mësuraq; iustæ planè nescius ac immem-
 mor. Nihil sonat sacræ literæ quàm sobrietatem,
 non aliud vel salubrius corporibus, vel anima-
 bus vtilius exemplum reliquere prisca ac viuâ il-
 la Christianæ Ecclesiæ membra, veteres illi Euan-
 gelii professores, Petrus, Paulus, Ignatius, Ire-
 næus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Ber-
 nardus, aliiq; innumeri diui Patres, quàm opti-
 mum, commodissimumq; illum domandæ, ma-
 cerandæ vincendæq; carnis ac voluptatis modû,
 sobrietatem, abstinentiã, ieiunium, cibi potusq;
 omnis parcitatem. Sed quàm grauius hi coffen-
 dimus? quis angulus? quæ platea? qui parietes?

G 5 qui

qui muri non sunt confpurcati nostris sordibus, ac, proh dolor, non testantur gulo sitatem in Europa maiorem esse, quam apud eos qui philosophum aliquem de vita sobria disputantē nunquā audierunt? Esiā illud proferā cap. 26. Sacerdos et Propheta nescierūt prę ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerūt in ebrietate, oēs enim mensę repletę sunt vomitu sordibusq; Refert Sallustius in coniuratione Catilinæ in ipsa statim operis frõte, tunc natā apud Romanos quosdā ebrietatē, quum Lucius Sylla vi armorū ac ferro Republicā restituisset. Diuina scriptura primū omnium ebrietate obrutum adducit Noë, genesis capi. 9. deinde Loth. 19. capi. Benadad. 3. Reg. 20. Ebrietatis notatur & Holofernes, Iudith. 13. Porro quid ebrietas gignat mali, variis locis, sed maximē. 3. Esdrę. 3. aperte elucet. Vtinā atrox hic gladius gula, nō profcinderet nobis diutius viscera, venas, nervos, guttura, ventres & brachia non debilitaret, vtinā oēs Europę ciuitates, principū, pręsulūq; palatia, & aulas, collegia, monasteria, atq; mercatorū ciuium, ac deniq; agricolarū mēfas nō occuparet inhumana hæc pestis. Fœlicius mea quidē sentētia omnibus esset. Decet quippe vt hic sobrii cōiuuētes magni Dei aduentū expectemus, qui nos, recte scriptura, vbertate domus suæ, ac torrente voluptatis tandem velut ebrios abundē satiabit.

E Brietas ò trux pestis, quis te attulit? ecquis
Pluto te monstrum peperit mortalibus? olim
Sobrietas placuit nature candida nutrix,
At hodie inuerso velut ordine toxica mortis

Dura

Dura adfers, nummos, animas & corpora perdis.
Nunc nil prorsus agit quisquam, nec tractat amicum,
Ni potu immodico plenum dimittat eundem.
O vitium nostrum dammandum temporis, vllus
Nōsne mouet virtutis honor? proh Iuppiter, ò dii,
Venit amicitie causa rationis & omnis
Arbitrii compos, sed iam dimittitur amens,
Iudicio caret, atq; exit titubante cerebro.
Quod genus hoc vitæ? quæso quæ norma? quis ordo,
Quis sana mentis probet hoc damnabile crimen?
Nullane spes restat maioris sobrietatis?
Dum frondosa arbor viridi sub cortice crescit,
Dum cornus niger albus erit, vel in aëre nidus
Struxerit in media iam æstate domestica hirundo,
Fœmina dum prudens, sapiente loquente, tacebit,
Dum fuerit sine fumo ignis, sine crimine caupo,
Dum sine luce dies, salso sine flumine pontus
Ingens, hoc vitium nostro cessabit in orbe.
Tunc Epicurus erit bene sobrius, omnis honestas,
Tunc aderit, porciq; lutum sordesq; relinquent.
Quid sperem melius quidquam? num terra vacabit
Crimine, dum fœdi regnabunt pocula Bacchi?
Ebrietasq; hominum diffundet in ora liquores?
Dum prælarga Ceres nervos inflabit & artus?
Sardanapaliacum genus hoc dum viuet in orbe?
Dum ventris studium male luxuriabit? & cui
Successu omnigenas paulatim irrepet in oras?
Hos luxus odere canes, gens Turcica damnat,
Atq; hostes fidei reprobant, nos inire relicto,
Legesq; honestatis colimus pro numine ventrem.
Quis sexus qui non vitio dissoluitur isto?
Quis parat vrbanius conuiuia sobria ciuis?

Non

SCAENA RERVM

*Non aliud genus est hominum corruptius vsquam.
Sumere quod satis est, vt mensa superflua egenis
Cedat, honestatis fuerit: superesse ciborum
Reliquias si forte vides, multumq; Lyæi;
Prompto animo partem ieiunis faucibus offer.
Et Venus & Bacchus senium ipsis vultibus addunt.
Non decet ardentem stomachos conspergere potu
Immodico, assiduq; dapes discerpere dente,
Si nolis meminisse eius, quem torquet egestas.
Hic genialis Hymen, leno quoq; prodigus astat,
Hic philomenarum voces, concentus & artes,
Hic cythare instrumenta suis resonantia nervis.
Saltatur pedibus, mensas Bacchus mouet, atq;
Conuiuas facit immemores, vel totius orbis
Et curas, & onus tollit, duosq; furore
Excitat ingenia, & mentes, litesq; ministrat.
Hæcine Christi adum est gens sobria, nescia luxus?
Hæcine progenies noua, quam de faucibus Orci
Extulit expectata pii clementia Christi?
Hæc gula Gargili, & Mauri est vitiosa voluptas,
Sic Epicuri grex se necitare semper inungit.
Furfurea hinc prurigo venit, pituita, podagra.
Hinc fit, vt & doleat vesica, grauesq; dolores
Colligat, hinc stomachi, ventris quoq; tormina surgunt.
Vita sed incolumes conseruat sobria nervos,
Atq; quiescentem tenet ipso in corpore mentem:
Desine fluxa ætas, animas & corpora serua,
Pocula fac natura habeat, non spurca voluptas.*

¶ Vos estis sal terræ, quod si sal euauerit, in quo salietur? &
Vos estis lux mundi, &c. Matth. cap. 5. Paulus ad Titum,
cap. 1. Hæc sic adierit, Oportet Episcopum sine crimine esse,
sicut Dei dispensatorem, &c.

Toto

INVERSA.

54

TOto orbi longè utilissimū est, ac sic om-
nium saluti rectissimè consulitur, meo
iudicio, dum illos præcipuè ad Ecclesia-
stica sacraque officia, munera, gradus, dignitates,
episcopatus, abbatias, præposituras, & ad diui-
nas huiusmodi honorificasq; præfecturas ac se-
des legitimè prouehimus, qui probi, circūspecti,
eruditi, fideq; & doctrina sinceri sunt. Hac quip-
pe in re & Apostolos & veteres, eosdemq; san-
ctissimos Patres verè imitamur. Deinde & diui
Pauli animo plenius satisfacimus, qui nec Epif-
copum, nec sacerdotem, nec quenquam diaco-
num, nec hypodiamonum, ad Ecclesiæ officia
ministraq; recipi patiebatur (nam hunc, vt ipse
Corinthiis testatur) mira Ecclesiarum tenebat so-
licitudo, nisi etiam à nonnullis qui tunc tempo-
ris viuebant aliquando, saltem testimonium ha-
beret bonum, vel mulierculam, quanquā etiam
atate prouecta, ne qua illi Ecclesiæ eleemosyna-
rum pars cedat procul semouet, nisi huiusmodi
fit, quæ piis ministeriis nullo crimine reprehensi-
bilis vacarit olim, atq; adeo etiam nonnullas vir-
tutes enumerat iis qui præsumunt velut peculiare,
absq; quibus vix cognoscit Christo dignū præsu-
lem. Laude non vacabat antiquitas, quod tam
fedulò curaretur, ne quis legis Mosaicæ, aut sa-
cerdotii Aaronici Leuiticæque administrator ad-
mitteretur, nisi talis esse videretur, qui rem om-
nem dignè tractare poterat: quanquā eò tandem
apud eos ventum sit, vt & Propheta, et sacerdos
auaritia luxurique toti miserè inferuissent. Quid
enim non mutat audetque ætas hominum im-
pulsã

pulsa adiutaque malitia? & in primitiua illa Ecclesia, signo aliquo nonnunquam palam visibili conspicuoque, ab ipso Spiritus sancto quis apostolatu, episcopatu, sacerdotiue dignus esset designabatur, & deinde habuit canonica electio haud paucis annis & suum ius, & precium, & locum, & honorem. Magni quippe refert quis & cuiusmodi tantam prouinciarn dignitatemque suscipiat, quum Paulo ad Hebraeos, capite quinto, teste, Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituatur in his quae sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia: nam vocabulum hoc Episcopus dicitur ab ἐπί, quod est supra, & ποιός, id est intentio, quasi sit gregis saluti superintendens. Sed id mihi cura non est qua intres via, siue per ostium, siue per fenestram, quisquis es animarum curator ac administrator, hoc tantum volo ut pectori imprimas tuo, oportere Episcopum irreprehensibile esse, qui à Prophetis aliquoties Angelus Domini exercituum dicitur. Paulus in actis clamat, Attendite vobis & uniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus rectores, posuit. & discipulo scribit, Te ipsum præbe exemplum bonorum operum. Quid adferam tot documenta, quibus in duabus ad Timotheum epistolis, & vna ad Titum, praesides nostros ac pastores instruit? D. Gregorius acriter in eos inuehitur, qui suum institutum, ordinem, dignitatemque facinorosis dedecorant operibus. Augustinus periculosum iudicat in monasteriis, cenobiis, aut officiis ecclesiasticis errare & labi, si graue aliquod perpetretur scelus,

lus, & ut omnia complectar, Ezechielis totus liber, quid sonat quam mira quadam de pastoribus? Si dormitet Simon Petrus, quis nauis antemnas, vela, puppim ac proram regat? Quorsum pedum, nisi ut arceantur lupi? quorsum digituli auro lapillisque graues, nisi ut memineris huius vxorcule, huius gregis curam tibi esse commissam? Quorsum infula bicornis? nisi ut intelligas duplici cognitione tibi esse opus veteris videlicet, & noui Testamenti? Quorsum vestis ad talos usque demissa? Sanè charitatem amplissimam significat. Sic sanctum fuerit si in suo quisque statu philosophetur, siue Episcopus sit, siue pastor, siue parochus: sic quoque tecum philosophare qui monachalis instituti es professor. Nullus non laudat ac applaudit dum Episcopi aut etiam parochi omnium qui eis subiacent diligentem gerunt curam, quod (ni fallor) hodie multi pii doctique sanè agunt. Præterea si abbates veri ac vigiles sint patres, si pauperum non immemores, hilares, ac Christianis manibus iis potissimum præbeant opem, quos non ignorant egestate premi. Oportet enim frumento, pane, obsoniis, vestibus, fauore ac humanitate adesse iis qui omni bona egent fortuna. Deinde quam pulchrum est, quam decens est, quantæ adificationis est, dum sacrifici templorumque ministri piè canunt Domino, ac erectis sursum mentibus, quo rapit cælestis ille spiritus sanctis ritibus ac ceremoniis populum ad feruorem spiritus ac veræ pietatis excitat. Turpe enim est dum libris concinendi gratia astamus

aut

aut asidemus, si huc atque huc tanquam aliud agentes, circumtulimus oculos, si peregrè sint animi, si iocis, si cachinnis aut aliis non bene honestis gestibus, nostram leuitatè ne dicam amentiam populum docuerimus: quum omnis euagatio quæ propria voluntate sit hic, graui peccato non careat. Rex omnis terræ Deus psallite sapienter, ait Dauid: nã peccatori dixit Deus, Quare enarras iustitias meas, & assumis nomen meum per os tuum? Cain male obtulit Domino, quia auerſo animo id fecit: respexit Dominus approbavitque Abelis munera. Lubens suscepit quidquid Abrahamus obtulit: nihil denique eorum reiecit, quæ attulit ac dedit Melchisedech. Nimirum quod ii omnes feruenti quodã spiritu, tanquam si illis nulla alia res fuisset curæ, præter honorem, gloriam ac nomen Dei, ea omnia offerrent. Horum patrum, aliorumq; his non dissimilium imitemur pietatem. Liberille à domino Iu doco Clithoueo doctore theologo omnibus numeris absolutissimo concinnatus, cui titulus, de vita & moribus sacerdotum, aliãq; scripta haud pauca, nos hãc pietatem, hos sanctos ritus ac mores clarè edocent. Si quis in hoc ecclesiastico statu hactenus turpius vixerit, meminerit illius in Apocalypsi: Memento vnde excideris, & age penitentiam: præterea & illius quod Paulus adducit: Resuscita gratiam quæ tibi data est.

NI Phœbus radios spargat, nisi luceat æther,
Et nisi splendescens moueatur in aëre lampas,
Si nullum sydus, nec stella eluceat vlla.

Obscurus

*Obscurus vagus aër erit, neq; enim Hesperus umbras
Discutiet clarasq; dabit mortalibus auras,
Per tenebras ibit veluti sine luce viator,
Et poterit palpate ipsos sine lumine muros.
O rerum fumos, vt nam nil tale sit vnquam,
Nec vitio superent alios grauioreq; noxa
A quibus exemplum vitæ expectamus honestæ:
Nam si se crebris immergant sordibus illi,
Quos verè plenos pietatis oportuit esse,
Per tenebras carpemus iter, dum cæcus oberrans
Nititur ipse alios cacos deducere, tandem
Præcipites miseri obscurum voluntur in antrum.
Quam decet vt sal condat, & lux luceat orbi,
Quam sanctum est si quis diuina negotia curet,
Si gregibus panem, optatas si porrigat escas,
Ne turbentur oues, veluti sine rectore nauis
Pellitur, huc atq; huc ventis agitata sinistris.
Egrè nemo ferat, videar quod carpere mores
Duruus, hic nobis blandiri non libet, atqui
Nec prorsus vitis omnes aliquando vacamus.
Sum quoq; ego carnis fragili circumdatus isto
Exuuiis, mea sæpè malis obnoxia mens est.
Carpo simul scelus omne meum cum crimine vulgi,
Quot numero elingues mortales, maximus orbis
Velleribus lanisq; fouet, quos sæpè videre est
Doctrina vacuos probitateq; turpe sequentes
Lucrum, luci odor est bonus ex re qualibet, illos
Qui cupiunt vulgo præferri hominumq; cohorti,
Optaram verò esse probos doctosq; regendus
Legibus est fidei populus: qui fiet vt ille
Edoceat quenquam qui se non edocet? & qui
Vnquam nil didicit, cui mens est nulla, nec vllum*

*Præfetti
ac præf-
des eccle-
siastici
Sol, luna
& stella
dicuntur.*

*In adifi-
catione
cedit, si
ii qui p-
sunt sce-
leribus
no se im-
plicent.*

*Ne reli-
quis no-
tactis no-
stro sta-
tui blan-
diti vi-
dear, vi-
sum est
improbo-
rum vi-
tia hic
quoque
carpere,
ne quid
sit quod
calum-
nientur
hostes.*

H Indicium

SCAENA RERVVM

Hæc iis Iudicium, toti qui vixit inutilis orbi,
qui præ- Qui nutrit curatq; cutem immemor omnis ouilis.
sunt, Sunt fateor quos non possis contemnere docti,
sum vti Prudentesq; viri, qui sedulitate paterna,
lia, chari Dogmate & exemplo populi curare salutem
tas, pro- Haud cessant, ducantq; gregem sapienter: at isti
bitas & Si quædam spectes regionum climata, certè
eruditio. Sunt pauci numero, sunt hi rarissima turba.
 Illotis manibus sacras properatur ad aras,
 Et ceu nescio quid leue, templa regenda petuntur.
 Si quem commendat præclara scientia, frustra
 Nititur: heu probitas sine honoribus exulat omnis:
 Nam qui iure suo doctis debentur honores,
 Sæpe hodie indoctis cedunt, sic rebus opimis
 Ignauum impletur pectus, sapiente repulso.
 Quin cure est si sal valeat, si ritè ministret
 Omnibus, & sancta si viuat lege sacerdos.
 Sit modò vel rerum diues, vel amabilis ore,
 Vel qui blandiloquus sceleratorum hulcera nulla
 Voce fricet, nusquam cupiens nisi vbiq; placere,
 Cui sint plures opes propriæ quàm cura salutis,
 Et qui è suggesto multa adferat & nihil ad rem.
 Num satis est? melius fuerit vir doctus ad aras
 Si veniat, populum doctrina ac moribus ornans,
 Qui quoq; sit minimi potusq; cibiq; minister
 Sincerus Christo addictus, sacrisq; libellis.
 Nonne decet sacros sine crimine viuere mystas?
 Id Christus Paulusq; docent, docet id sacer ordo.
 Quid pietas titulis iam non respondet? honores
 Haud sat erit si quisquam habeat cum nomine iunctos.
 Est opus & vite officiiq; subire labores:
 Infula sacra caput cingens, quæ tota bicornis

Vertice

INVERSA.

57

Vertice sublato fertur, demissaq; vestis,
 Et gemmis ornata manus, quæ te tibi monstrant,
 Teq; tui moneant, celsa qui sede refulges
 Pastorisq; loco vir magnus honore recumbis?
 Excute te, officiiq; tui quid postulat ordo
 Disce, vt honor Christo meritò, & tibi gloria cedat,
 Quorsum quæso pedum? quorsum toga longa grauisq;
 Vultus, & abrais, quorsum frons nuda capillis,
 Si mores pugnent cum cultu, vitæq; prorsus
 Impia sit? quis nunc prisicos non iure requirat
 Pastores, diuosq; patres, quorum generosa
 Paupertas ac simplicitas fuit omnibus olim
 Exemplar, quorum diuina scientia luxit
 Orbi, qui rerum tantum peperere bonarum,
 Qui populum instruxere probata religione?
 Quis talis præsul? veterum quis dogmata Patrum
 Præscriptas sequiturq; vias, vitamq; beatam?
 Hic cæci sumus, huc oculos non flectimus vllos,
 Nostraq; nos omnes trahit imperiosa voluptas,
 Pulchrius est variis opplere palatia gazis,
 Et centum nutrire canes, miluosq; rapaces,
 Falconesq; & equos aurato armare feroces
 Calcere, quàm veterum formas assumere patrum,
 Atq; humili pede, per Christi vestigia nauim
 Ducere, recta, heu quàm procul absumus ab pietate.
 Si quis fortè graui læsum se vulnere clamet,
 Strigimus in fontes calamum, damnamus ineptos,
 Non clâros pietate viros, neq; calcare a fello
 Currenti est opus, aut pigro, aut dormire volenti.
 Aut si fortè nocet pede, vel mordacior ore est.
 Sic opus est aliquo saltem monitore quibusdam,
 Qui tarda exciret ingenia, errantesq; reducat

Suo quis
 que satis
 faciat of
 ficio.

Quorum
 dam int
 probitas
 aliquan
 do sta
 tum de
 decorat.

H 2

Quò

Quod probitas vocat, & pia morum inuitat honestas,
 Nil melius fuerit, quam si pietate sacerdos
 Praecedat populum, ac ceu lampas seruiat orbi.
 At nihil est peius, quam si stultescere mystæ
 Incipiat caput, ac vitius inseruiat amens,
 Si quoq; lasciuæ carnis dissoluat habenas,
 Ipse voluptatum seruus, Venerisq; sub arce
 Militet, atq; terat plateas crebro pede passim
 Discurrens pascensq; animum vulgaribus auris.
 Sint monachi quales tantus desiderat ordo,
 Nec fallant hominum mentes, sint lumina mundi,
 Cæcorumq; duces, puræ pietatis amantes.
 Non decet, vt quorum pietatem signa loquuntur,
 Et color & vestes deturpent pectora noxis.
 Mentiri Domino quam sit videamus iniquum,
 Fallere quem nullus poterit, ridereq; nullus,
 Inuenias quosdam qui sobria tempora ducunt,
 Ieiunosq; dies vitæ amplectuntur: vt olim
 Cælestes, clarisq; viri prisciq; parentes.
 Id verè decet, & vox est tritissima vulgi,
 Si cupiant aliis meliores veste videri,
 Sint animo verè sinceri, ac sedulo curent,
 Ne qua labe sacer cultus sordescat & ordo.
 Hoc quid consilio melius? quid sanctius illo
 Hortatu? pietas nutrix est ordinis omnis.
 Nec status est probitas quem non cõmendat honestus:
 Et si paucorum vitius non tollitur ordo,
 Peccent perijone, status est tamen ipse probandus.
 Errent Christiades, tollenda vocatio non est.
 Si qua ferat flores radix quorum vnus & alter
 Putrescant, num propterea est refecanda? rosarum
 Fortè alios fortis, si manserit, addet amœnos.

Habet et
 hæc etas
 sacrificos
 et mona
 chos plu
 res val
 de pios.

Sic

Sic propter paucorum hominum peccata, perire
 Nec status ipse potest, minor ipsa vocatio non est.
 Si pullata tibi est vestis, lugubria fila
 Si geris, aut niueos, flauos, croceosq; colores,
 Aut aliter tinctos ceruici apponis amictus,
 Diuorum vt patrũ vestigia sancta sequaris.
 Et tamen in fratrem qui te non leserit vnquam
 Insurgis, nec amas Christum, crucis impius hostis,
 Excussaq; semel repetis vestigia vitæ,
 Nec te religio capit, aut amor vllus honestæ
 Vitæ, non poteris bene religiosus haberi.
 Inspicito veterum formas, moresq; probatos,
 Excute priscorum vitas, ritusq; parentum
 Dicite vos Diui, quos cæli amplectitur aula,
 Candide Corneli, Vitæ, diue Sebaſte,
 Tu Cypriane pater, Cosma & Damiane, Gregori,
 Antoni, specu latitans, Hieronyme doctor,
 Gorgoni, sanctiq; gregis Benedicte repertor,
 Eusebi, Bernarde, Hermes, Quintine, Vedaſte,
 Nunquid Heremicola pleni pietate fuistis?
 Num saltem Domini celebres sine labe ministri?
 Nonne fuistis vos speculum orbis imagoq; viua?
 Nonne pium Christi genus, exemplum, & decus omne?
 Num didicistis vos pugnare fidelibus armis?
 Num quoq; militiæ docti armorumq; potentes,
 Indomitas orbis pestes vicistis & hostes?
 Huc sunt detorquendi oculi, hic exempla relucet.
 Vixerunt aliter prisci, vixere parentes
 Illi aliter, nos horum virtus maxima vincit.
 Qui mores Christo dignos habuere, ministros,
 Sed etiam cultu extremo ostendere, paratos
 Ad genus omne boni, virtutis ad arma vel vltro

Orbis spe
 culum
 prisci pæ
 tres.

H 3

Currentes

Currentes, promptisq; animis contagia mundi
 Temnentes. quid nunc dicendum quaeso? quid inquam?
 Complures quanquam videantur habere colores
 Cuiusdam insignis pietatis, & aurea mala
 Ferre, absunt procul à proavorum moribus ipsis.
 Hos damno quorum improbitas deum ordinis aufert.
 Cur perit pietas, & mansit amictus ut olim
 Integer? hic certe nec filum sustulit aetas,
 Atq; utinam multis sit sobria vestis, ut olim.
 Commendet cultum probitas pietatis & usus.
 Cur mores non seruantur cum vestibus ipsis?
 Est utrumq; pie laudandum, utrumq; decens est.
 Precipuum ne perit nobis? & viuimus instar
 Illorum, qui morbos non sensere subortos
 Paulatim, sensusq; mouet nos nullus? an ordo
 Natura interit, profusius velut obrutus umbris
 Cimeriis? Eheu preciosi decidit auri
 Splendor? quod quaeso genus est illustre redactum?
 Si vestis color est niueus, sint pectora pura:
 Sit sincera animi facies, speculoq; nitenti
 Candidior: si nigra toga est, vel fusca colore,
 Respondere tuo titulo tibi maxima laus est.
 Si Mysis liceat, quod veri est, iure fateri,
 In peius vite est trames mutatus & ordo.
 Sit vestis velut antè humilis, priscoq; colori
 Nil desit, sit forma eadem, sit cultus ut olim.
 O utinam hac de re scribendi nulla daretur
 Materies, mihi & occlusa velut aure liceret
 Audire, atq; videre hominum turpissima facta.
 Cogitur os calamusq; loqui, non utror iambris
 Aut duro sermone tamen, mea prompta voluntas
 Efficit, ut blando dulciq; pœmate quodam,

Probitas
 et cultus
 iuxta pa-
 trum tra-
 ditiones
 seruatur.

Turpe

Turpe genus scelerum, carpat facundus Apollo.
 Constantine vale, felix & amabilis aetas
 Prisca vale, atq; simul vos regia dona valete.
 Iustiniane vale, & tu Carole Magne valetio,
 Vosq; valete viri illustres, qui munera quondam
 Ampla sacris domibus, moti pietate, dedistis,
 Non poterunt vestrae mentes, non corda moueri,
 Vestra sit ut pietas aequata prioribus annis?
 Impietas hominum remoratur munera Regum,
 Porrectasq; manus claudit, cohibetq; paratas
 Ad dandum munus, tanta est confisio vite,
 Simplicitas, & pura fides, probitasq; valete.
 Heu regale genus, quo nil praestantius orbis
 Totus habet, vos pincerne, diuicq; ministri,
 Inguine quos Christus sua rex in caede sacrauit.
 Exiguus vester labor est, nec fracta labore
 Brachia vestra tremunt, & si quid pingue paratum est,
 Id totum vobis inter conuiuia cedit,
 Nec status est vestro toto praestantior orbe.
 Primus honor vobisq; datur, vos turba salutat,
 Accubitus dat honorificos, vos eximit orbis
 Legibus à multis, quid restat quaeso? quid inquam?
 Nil sane, nisi ut huc tendat perfectio vite,
 Ut data perpetuos libertas duret in annos.
 Vos olim regum ditavit amica potestas,
 Quas vrbes? quantos census? quae iura dederunt?
 Quae nemora & sylvas? quae flumina? quamq; patentes
 Agros? & quot opes? quid enim attulit omnia vobis
 Quam pietas? at nunc cur seuit inutilis aura?
 Quid causae? nihil hac dicam, vobisq; relinquo
 Iudicium, sit calculus & sententia vestra,
 Num diuos in ius multo clamore vocamus,

Facino-
 vosi qui-
 dā incau-
 sa sunt
 cur piis
 ecclesiae
 ministris
 min⁹ de-
 tur, &
 cur sal-
 ab omni
 bus cocul-
 cetur.

Viris ec-
 clesiasti-
 cis honor
 ac liber-
 tas, quia
 de rebus
 aeternis
 tractant
 debetur.

Etiam tu-
 stus accu-
 sator est
 sui, Pro-
 uerb. 13.

H 4

Quod

SCAENA RERVVM

*Quòd nobis sit dura aetas? quòd tempora ledant
Orbis opes? quòd præter spem tot noxia damna
Eueniant? quid non potius peccata vocamus
In ius? quin vitam meritò accusamus & actus
Indignos Christo, scelerum plenasq; quadrigas,
Et vitiorum sentinas, & plaustra malorum?
Quippe simul nobis hæc cum probitate recurrent.*

¶ 3. Regū. 3. Salomonis regnū pace florebat omni tempore, incredibilis populū fouebat pax. Christus pax nostrā tranquillo natus est pacis tēpore, & ante hos annos maior erat inter monarchas concordia. Quis hodie Apostolo Iacobo epist. cap. 4. respondeat? nam sic scribit: Vnde bella & lites in vobis? Sed Christi summi Prophetæ propheta vera est, Matthæi capite. 23. Confurget gens in gentem, & regnum in regnum.

Mirum in modum hodie, nec immeritò, querimur extinctam peruisse auream illam mortalibus gratissimā ætatem, atq; adeo etiam argenteam, & tandem æneam, postremoque iam ferream durissimè in omnes sequere, ò crudeles annos, ò tela dira, ò gladios, ò ignes, ò tormēta bellica, arcus, balistas, & hastas, ò dentes & ungues hostium nimirū acres, quid è Dauidis domo nō recedit gladius? Domine, clamat Psalmographus, Dissipa gētes quæ bella volūt, Paulus obsecrat & consulit, vt oretur pro regibus, atq; iis omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt tranquillam vitam agamus in hoc seculo. Concinit hoc Poëta ille prisca,

Candida pax homines, trux decet ira feras,

Quid tandē in innocētes & infantulos adhuc in cunabulis vagientes, in viduas, in sacerdotes,

in

INVERSA.

60

in altaria, in miseram plebeculam enses stringit ferus & atrox malorum omnium author Mars? Armis siquidē tueri fas est Rempub. sed Christianā tranquillitatem iniquis tumultibus absq; causa perturbare, impium videri posset. Priscis aliquot sæculis, nihil aliud audiebatur quàm Euangelium, pacis nuncium, pacisq; vox, fœdus, recōciliatio, vnitas, ecclesia, fraternitas, quies, concordia, tranquillitas, charitas omnia sufferens, omnia sustinens. Vere dici poterat illud Maronis:

*Necdum etiam audierant inflati classica, nec dum
Impositos duris crepitare incudibus enses.*

Tunc, ò nimum fœlix illud tempus, locum habebat & illud Tibulli:

*Non acies, non ira fuit ad bella, nec enses
Immiti sacrus duxerat arte faber.*

Quàm appositè aureum illud æuum depingit nobis Boëtius libro secundo de consolatione philosophiæ?

*Tum classica seua tacebant,
Odiisq; nec fusus acerbis,
Cruor horrida tinxerat arma.
Quid enim furor hosticus vlla
Vellet prior arma mouere,
Cum vulnera seua videret,
Nec præmia sanguinis vlla?*

Clamat Tibullus:

*Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?
Quàm ferus, & verè ferreus ille fuit.*

Sic hac de re vehemēter mirabatur olim poëta ille, at hodie inuersa fortunæ rota, aliud est profœcunium. Ira, furor, odium, iniuriæ, clamores &

H 5 conten-

SCAENA RERVVM

contentiones dire sc̄iunt, ac breuiter quidam Martis amor quorū dā mortaliū exagitat mētes: ac teste Seneca, multi fines aliis abstulerunt, sibi nemo suos cōstituit. Herculi ponantur suæ Gades: quin gladios in falces conuertimus, & lanceas in vomeres: aut si nos delectet ocreis, equis, hastis, loriceis chalybe, ferro, & denique fustibus uti, quid patimur Turcarum iras diutius in nos sc̄uire? Cur hic ut ait Prophecia ille, gladium à sanguine prohibemus? quin toti in canes illos irruimus, qui alsiduo latratu clamant: Euge, euge, deuorabim⁹ eos? Siccine magnanimos illos p̄iscæ ætatis heros Principes ac velut semideos imitari non lubet? inter quos Carolum Magnū, Godofridum Bullonensem, Conradum Imperatorem, Fredericum primum Imperatorem, Henricum sextum, Balduinum Flandrensiū Comitem, diuum Ludouicum Galliarum regem, Ioannem Burgundiæ ducem, aliosque gloriæ Christi additissimos, referre meritō possum. Seruiat Euangelio. Principum gladius, atq; hic, ut quondam, omnis creatura ad zelum armetur. Zelus quippe hic secundum scientiam est.

Numina, quæ meritō cœlestia iura tenetis,
Dicite, vos ò dii, genus admirabile, cur me
Tam deplorandas miserum misistis in auras?
Heu mihi tam duro cui nasci contigit auo.
Ut miseri inuitus populi tot damna viderem,
Tela tot, & luctus, mortes, cædesq; cruentas,
Nec liceat mæstos oculos deflectere omistos

Fleti-

INVERSA.

61

Fletibus, & fugere hæc spectacula tristia, & istos
Fortuna duros, plenosq; doloribus actus.
Dicite vos reges, qui ferrea iungitis arma.
Dicite quid causæ, qui snam furialis Enyo
Præcipiat vestras in mille pericula mentes?
Mars agitet Turcas, sed vos pax aurea seruet,
Hoc fateor, nec enim possum non iure fateri:
Vos Domini gladius, vos ceu quoq; Numinis estis
Ira, furor, rigor, atq; ignis, quibus impius orbis
Percutitur, quibus hic humiles iustiq; probantur.
Bella valent aliquando orbi, sunt vitia arma,
Si mala pulsarent hæc nostrum varius æuum,
Omnia Mars turbat clypeis, humanaq; fundit,
Flumina corporibus castis Mars ora cruore
Tincta gerit, sparsoq; manus sine sanguine non est.
Sed quænam fortuna istos parit atra tumultus,
Ut sic bella mouens vibret crudeliter hastas?
Non sine causa contra aliquem sunt tela ferenda,
Inter eos forsitan qui nec post funera vitam,
Et qui nil superesse homini post fata putarunt,
Qui quoq; nec Christi leges nec dogmata norunt,
Causas ob minimas ad bella cruenta feruntur.
Si quem fortè leui formicula læserit ætæ,
Mox petit immanes gladios, motusq; furore
Instruit armatas acies, sineq; subire,
Et rapere alterius conatur Principis omni
Posthabita pietate vrbes, murosq; superbos
Tormentis laniat validis, simplexq; popellus
Ut quatitur, sine iure aliquo, sine legibus vllis.
At nos qui colimus verum cœlesteq; Numen,
Et quorum est Christum, multa pietate timere,
Non sic ob faciles causas debemus ad enses

Populus
sc̄lerosus
sepe
in causa
est cur
p̄i prin-
cipes bel-
la moue-
ant.

Et

SCAENA RERVM

Et rixas & bella rapi, Respublica ni nos
Iure suo moneat, cuius quoque iura tueri
Ac libertatem, vel multo Marte tenemur.
Sic tunc iusta probat ratio nos iure moueri.
Sunt quoq; principibus sua quaedam arcana, nec horum
Confilia & causas cognoscere velle necesse est.
His aliquid concedendum est, plebs nescia rerum
Murmurat, & temere quid iam non dicit & audet?
Sed prisca non tam crudelia bella tulerunt,
Totq; timendarum genera insensissima rerum:
Arcus ferratas in moenia opaca sagittas
Mittebat quondam, & ballistæ spicula curvae,
Mitius inter se pugnant omnia regna.
Ars noua tunc nondum turres sacerbat & arces;
Nunc rigidis quatimus tormentis, quidquid obesse
Nuitur, & quidquid belli villo iure repugnat,
Nec locus est, qui non succumbat viribus istis,
Et qui bombardæ audeat expectare furores
Flammiferos, iactus & murmur in aëra sparsum.
Aggeribus validis, ac firmis cingimus vrbes,
Cespitibusq; simul commixtis, quercubus, herbis,
Et qua non tandem muros defendimus arte?
Nonne altos fodimus puteos, fossisq; profundis
Munimus? septis nec tutò claudimur istis.
Quippe potens armorum hostis, mox viscera terre
Ima subit, ferroq; secat, venasq; latentes
Pulvere sulphureo complet, fornaceq; clausa
Adiecta, ignis scintilla mirabile fulmen
E mouet, & terras & saxea moenia vertit.
Sic caeca effodiunt muros & culmina talpa,
Hostibus atq; parant inuentas cuspidè prædas,
Pupillos Mars expolias, nudoq; trementes

Principi-
bus non
obmar-
murant-
dum.

Belli ri-
gor.

Percit-

INVERSA.

62

Percutis, insomnes cogis quoq; ducere noctes.
Straminea exeditur mulier paupercula in aede,
Non tutum est ratibus per aquas transmittere merces,
Non tutum erectis antennam attollere velis,
Non tutum est Arabum Indorumq; accedere portus,
Non tutum dormire domi, nec ire per agros
Venatum canibus, placidamq; quiescere in vmbra.
Prestanti vno nebulonum guttura oportet
Proluere, & vacuos ventres satiari placentis,
Nectare, & ambrosia, quorum fuit vtile fursur
Esca domi, duramq; nuces, vel agreste polenta.
Expoliantur agri, segetes viridesq; teruntur.
Agricola tenues prædæ sunt hostibus ipsis.
Obsecro mortales, quid prodest arma tenere?
Num cupitis cœlum chlypeis inuadere vestris?
Et Iouis ætherei sedem subvertere? nunquid
More superborum conscendere in astra gigantum?
Nonne Erymanthei vultis contundere monstri
Hercule cum forti nervos? quò fastus & arma?
Nonne ferocem hydræ telis disperdere vultis?
Vniuit Alexandri genus, ille accensus habendi
Plus satis ardenti studio, num possumus, inquit,
Vsq; quam alium mundum reperire? hæc stulta voluntas
Innata est multis, quos insatiabilis ardor
Et satis excruciat, quorum saturata voluntas
Esse nequit, quorum studio vexantur habendi
Pectora, nec viuunt contenti rebus, & auris.
Lex petit vt proprias defendat ab hostibus oras
Princeps, utq; aras, pueros, sua iuraq; seruet.
Sed quantis Europa tumultibus atq; procellis
Opprimitur? placidæ nec habet gratissima pacis
Tempora, Mars illic regna occupat, oppida, & arces.

Infelix

Hæc per
Mariem
prosil-
unt inco-
moda.

SCAENA RERVM

Infelix regio nunquam tua saecula vidit,
 O Saturne pater rerum, Augustiq; triumphos
 Non sensit, suavesq; dies, plaususq; iocosos,
 Delicias aeni, risus, choreasq; sed illa
 Perpetuo Nemesi mæret vexata furore,
 Flandricola pugnax populus, gens Gallica bellax,
 Germani quoq; miliiæ armorumq; potentes,
 Atque alii plures turbant sua climata bellis.
 Sic diues populus, sic florētissima regna
 In nihilum redeunt Martis concussa furore,
 Id nostris descendum annis mihi iure videtur.
 Hæc quantum nobis bella aduexere malorum,
 Quid non historie multis testantur ab annis,
 Rerum scæna perit, Martis corrupta per iras,
 Armorum imperio rerum subuertitur ordo,
 Et cælum terræ talis confusio miscet.
 Quis taceat? quisnam sileat? quis comprimat ora?
 Quis non quæso videt tetri contagia Martis
 Nata furore hominum, totum irrepisse per orbem,
 Et mores vitiaisse probos, legesq; parentum
 Corruptisse bonas, species docuisse malorum
 Mille inuentui, curuaq; inimica senectæ?
 Damna quis enarret? cædes, morteq; subortas,
 Inlicitasq; orbi, mortales alloquor omnes.
 O crudele genus, quis te impia bella mouere
 Edocuit, quisnam gladios, quisnam attulit enses?
 Quis tibi Vulcanus ferratas condidit hastas?
 Unde tibi ferus hic animus, petusq; superbum?
 Quis faber instrumenta dedit, quibus arte noceres?
 Pacis habere iuuet suauissima tempora, & ænum
 Dulce, & amicitia plenas coniungere dexteras.
 Sapius hanc Christus seruandam præcipit anthor,

Et

INVERSA.

63

Et dator ipse sua magno pro munere pacis,
 Progeniem aspicio antiquam, priscoq; fideles,
 Quos amor ac felix pax & concordia fouit.
 Non sic nos docuit Christi generosa propago,
 Illa prior, non discipuli placidissima turba
 Non decet inter se Christi certare ministros,
 Qui Dominum authorem vitæ profitentur eundem,
 Nec fratres bellare decet, quos lexq; fidesq;
 Vna ligat, quos vna domus sanctissima claudit.
 Quid pacem oderunt homines, pecudumq; quid instar
 Mutua mortiferis instigunt vulnera telis?
 Tigridis ora bibunt humanum sæua cruorem,
 Atq; ferunt bibula plus rebus hirudine damni,
 Quid minus attentant homines, dum fortibus hastis
 Languida crudelem stringunt in viscera mortem?
 Dum se discernunt, variisq; assultibus vrgent,
 Tancum si sitiant, humani corporis artus,
 Et succum, & venas, nervos, cor, & ilia ventris?
 Euentus belli est varius, nec militis arma
 Certo designant, quid tandem è cæde futurum est,
 Si quos nunc fortuna premit, mox sustinet alis,
 Et quos dæus persit, reuocat: reddiq; frequenter
 Victores cæsis crudeliter hostibus, & sic
 Vel decies vultum conflictu mutat eodem.
 Mortuus est Samson, virtus nil inuit Achillem,
 Æsonide armifero quid profuit arma tenere?
 Quod Numa deuenit tandem? quod nobilis Ancus?
 Ille Hector Priami genitus fortissimus olim,
 Mucrones tandem posuit, Gedeonq; quiescit,
 Qui per bella suas defendit ab hostibus oras,
 Qui nunc siccam habuit vellus, nunc rore madescens.
 Magnus Alexander Macedo, qui perdidit oras

Hesse-

Pia prif-
 cori exē
 pla nol-
 juri spe-
 culi loco.

SCAENA RERVM

Hesperias, fuit Eois qui gentibus horror,
 Mortuus exili tumulto sine honore recumbit.
 Quid Thebas domuisse iuuat? Persasq; Darium
 In laqueos traxisse suos? Babylonaq; sceptras?
 Parcite si verum narrem, res vera probanda est.
 Dum vos Christicolae, scui Mauortis ad arma
 Curratis, & vestras impletis sanguine terras,
 Dum vos bellaci & caeca discerpitis ira,
 Et quatitit populos, vrbes mutatis in agros,
 Cappadoces populi, Mahometaeq; phalanges
 Praelia dura mouent, scui accurruntq; Sabaei,
 Crudelesq; Ottomanus habet turpissimus iras,
 Perfida gens surgit, Turcae q; ignobile vulgus,
 Acriter insiliunt plane, insanire parati.
 Caesar ades, turmasq; tuas bicoloribus armis
 Lucentes adduc, populos adducite vestros.
 Vos quoq; magnanimi reges, celeresq; venite,
 Eueniet vobis, leti properate, triumphus.
 Accipite auxilio Christi, caeleste iuuamen,
 Vos speciosa suis cinget victoria fertis.
 Accurrunt, latrantq; canes, bellare parati,
 Turcae inquam insiliunt, Christi q; potenter ouile
 Inuadunt, vos nulla mouet clementia? vobisne
 Vlla mouet pietas? quorsum discordia tanta?
 Quod furor hic tantus? quod iurgia? Turca triumphat,
 Imperia ille duo abstulit, & quam plurima regna.
 Iam multi Christo populi perire, nec vllus
 Respicit amissas gentes, amissaq; sceptras.
 Viuimus immemores damni, damus hostibus orbem,
 Maxima testantur Bizantia moenia damna,
 Atque Rhodus spes Christicolam firmissima quodam.
 Laeturas Europa tulit, multasq; grauesq;

Num

INVERSA.

64

Num satis est? nulla est bellis vel meta, vel ordo?
 Impia progenies, loca sacra quasi omnia calcat.
 Atq; vbi Christus erat quondam florentibus aris,
 Immites pardi, tauriq;, canesq; morantur.
 Surge Deus, fortiq; manu discande inimicos,
 Surge poli Princeps, caecos procul excute Turcas,
 Et fugiant qui te oderunt, trepidantibus armis.
 Pracepe, sic fiet, nam tu potes omnia verbo,
 Atque adeo, & solo nutu, imperiosa voluntas
 Est tibi, cui parent omnes, cui nemo resistit.
 Pelle canes, rapidosq; canum compefcato hiatus,
 Hic iras effunde tuas, hac percute regna,
 Quae nolunt te nosse Deum, nec honoribus vllis
 Excolere hoc nomen, pereantq; furentibus vndis,
 Merfi ceu plumbum graue, vel puluis culus atro
 Turbime dispersus, qui dicunt: Euge, vbi eorum
 Est Deus? anxilietur eis, sine Numine gens est.
 Si Deus his aliquis faueat, si seruet, vt omnes
 Acclamant, quid nunc dormit, stratusq; cubili
 Stertit mers? haec sunt voces, sunt impia verba,
 Latratusq; canum assidui, blasphemia maior
 Audiri non vlla potest, maiorq; referri.
 Inter mortales nulla est concordia, non pax,
 Non humanus amor, discordes viuimus omnes,
 Iurgia semper habent, vix extinguenda superbi,
 Si capiat domus vna duos, se mutuo mordent.
 Nusquam tres videas animis concordibus, ille
 Litibus auspiciu profert, & iurgia multa
 Seminat, hic rursus clamosa haec iurgia cum sint
 Extinguenda, suo reddit maiora furore.
 Pone duos, quorum sit idem vel rus, vel agellus,
 Hos videas sauis certantes mutuo pugnis,

Inside
 les Pa-
 lestina
 & alia
 multa
 sancta
 occupat
 loca.

I

Et

*Et belli haeredes succedent iure parentum,
Toto conantes defendere pectore, & armis.
Haec est nobilibus pestis cognata quibusdam.*

¶ Nihil aliud iudicavi me scire inter vos, praeter Christum crucifixum, dicebat Paulus: hodie scientia nonnullos inflat, & hoc paucis cura est, ut amissio, ore, scripto, omnia ad huius crucis gloriam transferant.

ET si regnum Dei in sermone non fit, sed in virtute, si qua Paulo fides, neque etiam in sublimitate sermonum, aut in persuasivibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus, ac virtutis consistat, nulla tamen unquam tam saeva fuit aetas, quae Philosophos, oratores, rhetores, poetas, sophistas, cosmographos, mathematicos, geometras, aut alios quosvis linguarum, artium, scientiarumque professores à Christianorum consortio abegerit, ut maxime suis versiculis nobis canat Ovid. lib. 2. de arte amandi: *Nec levis ingenuas pectus coluisse per artes*

Cura sit, & linguas edidicisse duas.

Neque hodie est verus illa Roma, quae teste in primo Tusculanarum quaestionum Cicerone, vix adduci tandem potuit, ut poetas reciperet, quamquam eos genus diuinum vocet Plato: & Origenes spirituali virtute plenos dicat, quamquam Marcus ille nobilior, ab ipso Catone male audit, quod forte comites secum habuerit nonnullos, qui fonte Caballino ora proluerant, nimirum in signes artis poeticae professores, e quorum albo etiam Ennius, quem in Aetoliam celebrem provinciam deduxera. Tam leue de poetis iudicium, haud unquam animo placuit meo, &

& hac in re ipsum etiam Catonem, & Iuic plane similes parum sanos sobriosque iudices iure dixerunt: quin eadem opera si pari iudicio in sanis liberat Homerum poemata, Maronis musas, & magni illius Galeni libros *περὶ τῶν ὑγιεινῶν*, faciendi quoque Ciceronis, Quintilianique & Plinii scripta Reipublice utilissima, deinde & Aristotelis *μετεωρολογικά*, aliorumque scriptorum labores extinguimus ac suppressimus? Mea quidem sententia, & Xenocrates, & Plinius, & Plato, & Aristoteles, & Marcus Tullius, & alii huius generis innumeri non sunt nobis inutiles, imo conducunt plurimum. An philosophiae multarumque artium ac linguarum usus, adiuverit nobis non addunt plurimum? Num Basilii, Chrysostomi, Hieronymus, Augustinus, Isidorus, Hilarius, rectius, vividius, absolutiusque divinae scripturae, per philosophiae cognitionem tractarunt mysteria, saltem ut a nobis clarius intelligerentur? Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana, ca. 16. docet, si quid prophani bene vel scripserunt, vel dixerunt, non esse aspernandum: sed veluti quondam Philisteus inhibebat, ne quis faber ferrarii apud Israelitas inveniatur, sic quidam catholicae ecclesiae hostes, haec optarent, ut oes à dialectica, à philosophia, à rhetorica, breviter ut ab omnibus hisce artibus quae ecclesiae utiles sunt, absterneremus. Hic tamen est etiam quod vituperem, quidam sic Ciceronem discunt, ut Christum penitus dediscant, & *φλαυτα* eorum ingenia ultra nidum haud raro alas protendunt. Tales adducit Psalmodographus, dicit: *Lingua nostra magnificabimus, labia nostra à nobis sunt.* Quid magis

impium? Cura vt quidquid addiscis tibi proffit, alio qui frustra teris ingenii vires, præterea ii authores tibi sint & familiares & preciosiores, è quibus non solum Romulum, sed & Christum, & solidam eruditionem haurire queas. Porro quãtus philosophus, poëta, orator, ac theologus fuerit Baptista Mantuanus, testis est orbis totus, magnique illi oratores, Angelus Politianus, sed maxime Ioannes Picus Mirandulanus, qui omnes anno 1492. floruerunt, illum haud infimis encomiis euehunt, quo magis miror tantum ingenii opera prope diuina iam non sopita modò apud multos, sed penè extincta esse. Non inuideo Vergilii gloriæ, sed pectori Christiano non inutilior est noster hic Mantuanus, quàm vetus ille Maro. Sic utilis est Prudentius, sic Arator, & Vida, & alii huiusmodi pii. Ab Eobano Hefso abstinendum censeo.

Est aliud vitium graue, perniciosius illo
 Haud scio si quidquam est, nimis est certe impius
 Iunatus Musis, studiis hæc pestis inheret, (error
 Ingeniosorum clarissima scripta virorum
 Ridemus, nec enim est quisquam precii vilius author,
 Cuius Romuleos non speret chartula neruos.
 Omnia nunc Musas referant Nasonis oportet,
 Vergiliumq; sonet nunc omne poemata necesse est:
 Materies vix vlla placet, si Numina, diuos,
 Ac cælum memoret, nisi Martem & monstra loquatur:
 Et nisi Mercurios, Bacchosq; Iouesq; sonarit.
 Heu perit Christus, Christum suppressimus, huius
 Immemor orator dicit, scribitq; poeta.

Sic

Sic velut amentes teneras corrumpimus aures,
 Sic animos ceu degeneres vitiauiimus, vt nil
 Nunc placeat præter nugas, & somnia prisca
 Temporis. Heu populi stultissima pectora nostri,
 Iure quidem perdocte Maro, vir dignus honore es,
 Aeternumq; tibi nomen tua Musa parauit:
 Si calammum iunctum cum religione requiris,
 Mantuus ille tamen plus iure meretur honoris.
 Alter, qui fidei cælestia dogmata tractat.
 Vir grauis, & magnus, cuius castissima Musa
 Nil præter diuina sonat, nam dogmate sancto
 Instruit humanas mentes, ac pectora format.
 Vergilius Troiam canit, aut qua rura colantur
 Arte docet, calami splendor multum addit honoris.
 Ast huius qui cultor erat Christi pius, orbi
 SorDESCUNT libri, quia religionis amictu
 Tectus erat, quia digna Deo tot carmina scripsit:
 Hic est iudicii verè præposterus ordo,
 Non Troias Romasq; crepat, non somniat vrbes,
 Efficitq; Deos, Vulcani insignia, Cresci
 Diuitias, Martisq; iras, noua sidera, terras
 Ignotas, & monstra Arabum, Veneresq; Corinthas,
 Sed pius orator, sacer, infractusq; poeta,
 In rebus sacris exercet seq; suumq;
 Ingenium, huic similis fuit olim Musa Iuuenci,
 Nec Vida dissimili calamo, nec Arator habetur.
 His quoq; Sedulius, Prosper, Prudentius adsint,
 Quorum Musa nihil sonat vsquam præter honestum.
 Humanis studiis multum felicior ætas
 Debet, ab hoc surgit rerum noua gloria fonte,
 Hinc sermo Hebraeus, Græcus, Latiusq; restorent,
 Tali Musarum purgantur Apolline plectra,

I 3

Cur

Cur tamen est gratus vates, si Numina nusquam
 Adferat, aut aliquid sacros quod spiraret odores?
 Si quid Smyrnicorum exemplo conscribat Homeri,
 Nasonisq; leuis, fluxos qui lufit amores,
 Et si mihi refonet praeter stultissima quaedam,
 Hunc cani insignem sententia caeca probabit.
 Nulli sit Cicero phuris, quam dogmata Pauli,
 Aut Petri, aut eius qui afflatu Numinis orbi
 Edidit vtile opus, nec sit praeposterus ordo.
 Num melior Christus? num Christi spiritus ille
 Uttilior, stupidi quam tota scientia mundi?
 Plus datur horarum Ciceroni aut Quintiliano,
 Aut Flacco, quam diuinis scriptoribus, omni
 Ordine transuerso, cum semper oporteat illud
 Amplecti, quod erat Christi, veraq; salutis.
 Sacris praeserimus lebris tot scripta prophana.
 Horum mentio fit, qui tanquam vilia tenuunt,
 Quae sancti scripsere viri, studioq; perenni,
 Et sine iudicio scriptis Ciceronis inhaerent.
 Delitiis hominum capimur, nos blanda voluptas
 Allicit, & stimulat, plenusq; coloribus auctor.
 Fallimur hic male, nunc vbi quaeso quiescit Homerus?
 Equo Lucanum rapuit sua Musa, Catullum?
 Nunc vbi praeclearus declamat Homerus? & tu
 Romanae historiae princeps, vbi Crispe recumbis?
 Tullius eloquio magnus, quo nemo sub astris
 Facundus vixit magis, en num desit esse?
 Ossa sub exiguo sume illius abdita busto.
 Sed quid ego auctores tantos adduco? quid inquam?
 Improbat antiquas noua nata superbia Musas,
 Nec fastu vincit volumus, superare labore
 Nescio quod vates praescos enituntur omnes.

Nō tam
 linguæ
 splendo-
 re quam
 animi
 pietatē
 venari
 equū est

Nec

Nec satis est nostro veterum facundia voto.
 Ast aliquid vel splendidius, vel clarius orbi
 Somniat orator, quod possit maior haberi.
 Quid caecus sibi vult labor? haud damnamus amenas
 Pierides, clarasq; deas, sacrasq; sorores,
 Aut splendens Phœbi decus, ingeniosaq; vatum
 Scripta, sed hic quando tandem seruabitur ordo?
 Sit modus hic, sit lex, & erit labor vtilis omnis.
 Nec volo tale genus studii contemnere prudens,
 Numine cum veniat generosa scientia ab alto,
 Et Iouis atheni docto sit nata cerebro,
 Ut tanto auctori redeat sua gloria, quod si
 Omne premendum sit studium, nec detur honestas
 Artes praelegere indoctis, sophiaq; sit exul
 Omnis honor, cultusq; decens, minus orbis habebit
 Splendoris, minus ingeniosorumq; virorum.
 Sic quoq; deprahitur Domino sua gloria, honorq;
 Cuius sunt artes, caeco quas contulit orbi,
 Ut variis linguis laudetur, & artibus, auctor
 Diuersa ingenii studiorum semina miscens,
 Quaslibet ingenuas ecclesia suscipit artes.
 Id quoq; nunc repeto, facile est offendere multos,
 Quis damnat si quid sit moribus vtile nostris?
 Non oratorum Veneres, calamosq; venustos,
 Non placet ornatas inquam conuellerè Musas,
 Sed studium immodicum damno, sit lingua latine
 Pura loquens, dictis scateat, sit floribus omnis
 Sermo diues, variisq; vagetur in hortis
 Ingenium, legat auctores, veteresq; nouosq;
 At cur quaeso dies totius temporis, istis
 Artibus, & gratum vitæ transcurrimus æuū?
 Quid non vltierius rapimur? grauioraq; multo

vtile ar-
 tium ac
 humana-
 rum lite-
 rarum
 studium

His im-
 morari
 at non
 immorari
 oportet.

I 4

Inse-

*Insequimur? meliora iuuent, meliora petamus,
 Displceat prisca impietas, pietas habeatur
 In precio, Christus quò nos rapit ipse, feramur.
 Sic Cicero sonet, vt Christus non sit procul exul.
 Atq; vnam pietas animos sic occupet omnes,
 Vt verè simus quòd passim dicimur, eius
 Nimirum serui, cuius leges profitemur,
 Affixiq; cruci, immoti, stabilesq; salutem
 Toti amplectamur, qua re nihil sanctius vsquam.
 Si compto sermone fluant faeliciter ora.
 Si manus ingeniosa libros conscribat, vt aetas
 Postera opus ceu praeclarum miretur, habebit
 Nominis aeterni decus. at curare salutem
 Num decuit magis? huc oculos, mentemq; animumq;
 Adfer, vt orator faelix habearis, honorem
 Ex virtute parans, famam, nomenq; perenne,
 Nidivinus amor moueat praecordia mentis,
 Et nisi tu Christum sapias, quid proderit illud
 Dicendi genus? & lingua haec quorsum precor? an te
 Faelicem facient tua sesquipedalia verba?
 Illa venustatis facundia? flosculus ille
 Sermonis lucens, & dictis nobile guttur?
 Quid Flaccus, quid Crispus agunt, dum mira loquentes
 De virtute, voluptatum se sordibus implent?
 Ille dies vitæ extremus praeponet aperte
 Ante oculos, nos frustra omnem subisse laborem,
 Incassumq; animos sudasse, & inutile corpus,
 Ne quidquid facimus, Christi faciamus honore,
 Et nisi nitamur, quò nos vocat optimus ordo.*

Quam

Quam frequenti exemplo prisca illi orbis institutores hu-
 militatem quondam docuere, æquum & pulchrum fuerit
 nos omnes & eos qui eruditione, graduque excedunt, pro
 viribus amplecti.

Quid sana mens est corpori, hoc vir do-
 ctus, pius, ac humilis est suæ Reipublicæ:
 hanc ob causam ii quibus propter non-
 nullam quorundam artium, multarumq; rerum
 cognitionē honorifici tituli ac gradus iure opti-
 mo. accesserūt, siue magistri, philosophi sine, siue
 oratores, rhetores, aut poëtæ sua laurea insigniti,
 aut alii pleriq;, qui linguarum, literarum multa-
 rum ac scripturarum peritissimi vbiq; terrarum
 à plebeis colūtur, quorumq; professio sacra hu-
 iusmodi est, vt eos simpliciores docere oporteat,
 ex his fortè nonnullis cōueniet, nimirum iis qui
 de Deo, de diuinis mysteriis, deq; hominum sa-
 lute tractant, illud Pauli quod est ad Roma. 2. Si
 gloriaris in Deo, & nosti voluntatē eius, & pro-
 bas vtiliora instructus per legē, confidis teipsum
 esse duccm cæcorū, lumē eorum qui in tenebris
 sunt, &c. Qui ergo alium doces, teipsum nō do-
 ces? &c. Ad Corinthios dilucidior est loc⁹. 1. Epi.
 cap. 12. qui totus in eos quadrat quibus cœleste
 Numen nonnullæ eruditionis cognitionem ad-
 didit: Si linguis hominum loquar, & angelorū,
 charitatem autem non habeam, factus sum velut
 es sonans, aut cymbalum tinniens. & Si habue-
 ro omnem scientiam, charitatem autem non ha-
 beam, nihil sum. Ob id hortor, si quorundā ani-
 mis forsan hæctenus nonnullæ superbix, ambi-
 tionisque adreplerint spina, si quis luxus, si qua

*Sciētia
 inflat,
 charitas
 edificat
 teste
 etiam
 Paulo.*

insolentior voluptas (vt hoies sum⁹) momorderis
animos nostros, propter vnicā Christi gloriā, qui
ipse susceptor noster est, gloria nostra, ac (vt cañit
psalmographus) exaltans caput nostrū, deinde
propter artium omnium natiū ipsū nitore ac
splendore, nos, quibus diuinū spiramē plus cōtra
lit sciētig ac sa' utariū literarū, humiliōres, simpli-
cioresq; albis (quod aiūt) equis, puritate, sinceri-
tate, omniq; præcedamus probitate, vt cū Paulo
Christi bonus odor simus in vitā, iis quibus nō
est opertū Euāgelii: sic fiet vt huiusmodi vngūe
torū luauem odore veluti apertis buccis ac nari-
bus, totus populi libētissimē sequatur grex: alio
qui quorum vino vendibili, suspensa hedera?
Quorum locus honorificus, nomina, tituli, gra-
dus, census, honores, & huiusmodi? Vult Paulus
abū dare nos, nō tā nobis q̄ ad vtilitatē Ecclesiā.

His addam quoq; qui præclara insignia, lauros,
Sertaq; venantur, quæ res nec laude carere
Iure potest, nec honore suo, si recta feratur
Mens ad opus sanctum, cum simplicitatis amore.

*Hæc omnia de iis poetis, oratoribus, rhetoribus ac philo-
sophis dicitur qui aliquid quando titulorum ac honorum sunt fieri memores.*

O vnam pietas graduum sit maxima causa,
Vnaq; nos rapiat vel Christi gloria ad omne.
Culmen, quam verè nostra ætas nobilis esset.
Qui titulos optant, famamq; gradusq; superbos
Mente leui, non vt doctorum exempla sequantur,
Vt populi applausu vanoq; fauore fruuntur.
Quisq; volum cultu docti, magniq; videri
Ingenio, studiis, sophia, artibus, hos ego iure
Dixero dissimiles, antiqui patribus aui.
Si sint, quos tamen huc inflata superbia educat,
Augustinus enim, diuusq; Hieronymus, atq;

Complures,

Complures, quorum fama monumenta supersunt,
Æternum sunt ante oculos exemplar habendi,
Qui vixere humiles, quos vita in gloria, mundi
Contemptus, quos sobrietas laudanda tenebat.
Magno venamur, quod crebro lædunt habentes,
Non cupiūt Christus pauperrimus orbis honores,
Terrestris fugiens humilis scepra aurea regni,
Quamuis se Paulus raptum fateatur ad astra,
Audieritq; arcana Dei, cœlestia vitæ
Dogmata, non fastu: ast humili diffemat ore,
Exemplo tibi sint alii, quos tanta beaur
Simplicitas animi, & mens fluxi nescia honoris.
Hi gradus ac tituli sunt horum qui sacra tractant
Scripta, atq; æternis de rebus dogmata vulgo
Exponunt, summo status iste colendus honore est,
Artem qui medicam profitentur, iuraq; norunt,
His quoq; nonnullum debetur nomen honoris.
Si doctrina tibi est, grauitasq; Catonica, sanum
Consilium, si iudicium, si clarus haberi,
Quid prodest, si iactet auis Iunonia plumas?
Artibus incumbas, tibi sesquipedale teneto
Nomen, & egregius titulus te turba saluet,
Et lauro redimita tibi sint tempora, sacros
Diuinamq; vigil Sophiæ complectere cultus,
Christo cedat honor, teneatq; Ecclesia honores
Ipsa suos, nihil a scribas tibi, gloria manis
Non inflat pectus, non cristam aut cornua tollat
Instar Aristippi rebus disce omnibus vti,
Vt quocumq; gradu fueris sublatus, honorem
Acquirat probitas, humilisq; quictaq; morum
Simplicitas, fastusq; tibi non imperet vllus.
Mens bene docta gradu digna est, ac nomine claro.

Doctores
sunt Ec-
clesiæ or-
namēta.

Ad Chri-
sti gloriā
tituli &
gradus
asamen-
di sunt.

Te

SCAENA RERVM

*Te metire tuo pede, nusquam extenderis alas,
Atq; tua te pelle foue, ignarumq; popellum
Legibus instructo sanis, & dogmate sancto,
Dignus honoribus est nullo qui captat honores.
Iure quidem pulchrum putò, si te laurea cingat,
Si nec te iactes nec laudis amore tumescas.
Hoc vitio est diuis vix, quicquam inuisus ipsis:
Nam fuit in causa, cur calicus Angelus olim
Corruerit, cur primus homo spoliatus honore,
Exilium, duramq; luem, mortisq; dolores
Attulerit, fac mens ne stulta superbiat vnquam.*

¶ 1. Regum, 12. Muneribus non delectabatur Samuel, Et. 4. Regum. 5. Gratis Naaman Syrum consilio iuuit Helisæus. Præterea antiquitus philosophi quidam fuere, qui non potuerunt adigi, vt à suis discipulis etiam nummulum acciperent. Nos saltem illud Pauli moueat, vt minoris proximo succurramus, 1. Epist. ad Corinthios. 13. Charitas non querit quæ sua sunt.

EAdem planè querimonia, quam toties, totq; locis per prophetas vatesque illos suos adfert Dominus, potest & hodie optimo iure aliquando in medium adduci: nimirum quòd egeni, pupilli, plebeculæ fortè infeliciois causa, apud nonnullos iuriconsultos, caudidos foreses, iudices, senatum, magistratumq; non ingreditur passim: aut si quando ingrediat, id aliquando eueniat (de corruptis iudicibus loquor, quum hic totus liber nusquàm nisi in sceleratos sua tela iaciat) quòd còpluiculis illis animantibus apud Flaccum, quæ dum leonem fortè ægrum specu latentem inuisunt, discerpuntur truculenter, nec cutem saluam reducere datur: id si quando fiat, vtinam tamen non fiat. Hic audiatur

INVERSA.

70

atur dominica vox. Verè mendacium operatus est stulus mēdax scribarum: & ii quorū erat iuste scribere, scripserūt vt opprimerēt in iudicio pauperem, & vim facerent causa humilium populi mei. Cōtra hos quoq; clamatur psal. 81. Vsq; quo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis? Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificare: breuiter faueatur ex æquo omnibus, nec simplices columbas coruis in ora obtrudamus. Hoc cūrandum non tam vt proximi emungatur crumena, quàm vt eius iuuetur causa: vincat pars melior eorū qui auari sunt impietatem, per Christianæ pietatis opera. Innumeros mortales seuerè mordent hi pauculi versus è Propertio nati:

*Aurum omnes victa iam pietate colunt,
Auro pulsa fides, auro vana iura,
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor:*

Nunc quis caudicus miseretur pauperis? an ne Hostia clausa inopi taciturnaq; labra premuntur? Nec referandum est os, nisi multa pecunia clausi Officium subeat: mutum genus & taciturnum, Ni viderit nummos, hæc res preciosa loquaces Efficit, & mutis quàm plurima verba ministrat. Sunt tamen & quorum pietas succurrit egenis, Et qui causam inopis nolent sumpto ære grauare. Ille orbis iudex Deus id præcauerat olim, Ne quis censuram vel auaro pectore ferret, Vel spectans hominum personas: absq; fauore est Causa agitanda omnis, sententia iudice iusto Lata placet, verè legiq; satisfacit ipsi,

Sunt hi
quidam
iudices
ac cau-
sidi ei.

Si

*Si non aere grauis veniat manus, an remouendus
 Pauper erit? ne iure suo rebusq; fruatur?
 At si quis diues nummorum promat aceruum,
 Ius rapiet lege inuita, diisq; omnibus? ut sic
 In praedam obuia musca cadat, laqueosq; potenti
 Fortis apes laceret pede, quanquam melle relicto
 Filis, quo tumidum sibi pascat aranea ventrem?
 Obsecro ne fiat miseris iniuria, sit lex
 Iure suo seruata mopi, lanx aequa sit orbi.
 Nunquid oportuerat, tenuem inuisse popellum
 Officio, lingua, nummis? sed auara crumena
 Id prohibet, multo est pluris vel nummulus vnus.
 Nummulus est nobis preciosior vnus amicis
 Septem, atq; indignos turpi pro munere fratres
 Linqumus: exemplum Christus non tale reliquit.
 Cur dicis libet inflato ditescere cornu,
 Quae res gratior est nummis? quis amicus vt aurum?
 Vilescit cui nil superest, mœretq; relictus
 Omnibus expositus ventis, est vilior alga.
 Forsitan hoc dicit qui congregat, aëris auarus.
 At nihil est melius quam mens quae conscia recti,
 Fratri praestat opem, & quae Christo innixa quiescit.
 Tunc tibi viuis? num viuis inutilis orbi?
 Num tibi te natum sumpto prosteris amictu?
 Cur natura tibi promptae tot vincula linguae
 Affixit, gutturq; loquax, labrumq; disertum?
 Cur tibi praeterea has iuris venatus es artes,
 Mille locis velut ille olim facundus Vlysses?
 Vt populo nunquam fauceas, testudinis instar,
 Vtq; domi latites secretus, & ocia nulli
 Vtilia amplectaris iners? num tenuis egenos
 Fientes, quos vorat inclemens sine vindice diues?*

Quos

*Quos aliena manus premit, & sine iure trucidat?
 Quos aliqua exorbet quae non satiatur hirudo?
 Quos aliquis forsitan cuius corrodit auarus?
 Si digitis pupillorum cruor haereat, aut si
 Oppressa sanguis vidua sine iudice iusto,
 Fortè fluit, num turpe scelus tale esse pu:amus?*

¶ 1. Esdrae. 4. P'isus historiis multum tribuitur. Et Hester, 2.
 ac. 6. Assuerus rex historiarum veritate delectatur. Vtinam
 hac aetate qui historias colligunt, idem honoris per rerum
 narrationes mereri possint.

Non loquetur os meum opera hominũ
 canit psalmographus Dauid: id ait, non
 quidem quod nullam hominum men-
 tionem faciat scribens (historiis quippe & aliis
 argumentis plenos habet versus) sed quia quo-
 rundam enarrans opera eò nititur maximè, vt
 hic aliquid in Deo laude dignum lucidè osten-
 dat. Quid enim est quod non auctore Deo, aut
 saltem illo permittente, ac velut dissimulante, or-
 bi accidat, vt sic generatio & generatio eius po-
 tentiam pronunciet? Si D. Augustino credatur,
 non incommodum est, aut inutile Ecclesiae, si qui
 in ea historiarũ probè periti cõtēplentur instar
 Iani illius prisci, nunc à tergo quadam quae trans-
 actis iam diu sæculis acciderunt, nonnulla quae à
 paucis annis: alia quae nobis etiam adhuc viuen-
 tibus, sub Sole eueniunt. Harum rerum exacta
 cognitio, nos nõnihil iuuat, & etũcendis perti-
 nacibus hostibus, accommodatissima est. Sic soli-
 dius argutusq; leuiũ hæreticorũ ora obseramus,
 dũ annos ipsos, ea tēpora, imò eos dies, horas, re-
 giões, personas adducimus. Nec res est scripturæ
 enodandæ

enodandæ non frugifera: sed non nihil iudicii, in aliquot historiographis desiderauero, qui quod in mentem illapsum est, produnt chartis. Dicas hie eos (de paucis loquor) non antiquorum veritatem imitari, dum aliquando principes, regiones, cædes, conflictus, rerû euentus, multorumq; mortalium acta, opera, aliâq; adferunt. Legat posteritas quod verum est, non quod stultè somniauimus. In tanto pretio fuere quondam veri historiarum scriptores, vt audiendi Liuii causa, non plebei modo, sed & ipsi principes Romam ab extremis Hispaniis sese conferrent. Iosephus quod Iudæicæ captiuitatis veritatē scriptis mandarit, apud Romanos statuam meritis est. Antipater Hieropolitanus Seuero principi, Clitarchus Alexandro, Eratosthenes Cyrenæus Ptolemæo Euergeti, per historias familiares redditi sunt. Hieronymum Rhodium, Demetrius Polyorchetes veritate ac illecebris tanti historiographi captus, & tecto suo cōmuni, & amplissima mercede dignatus est. Quanquam inficiari minimè aut velim, aut possim, quin nonnunquã ab amplissimis authoribus Græcorum quorundam historiarum carpantur mendacia, dum Ephorus Hellanicum, Finæus Ephorum, Polybius Philinum, aliiq; alios atq; alios duris insectatur dentibus ac iambis, quæ d tot locis apparet mendacissimi. Quintilianus ait ex historiographis nonnullos arbitrari sibi idem cum poetis licere. Carion historiarû scriptor in tertio chronicorû suorum libro eos damnat historiographos qui res à principibus gestas obscurarunt potius quam enarra-

enarrarunt, aut illustrarunt. Fallit & seipsum & lectores Gulielmus Paradinus, eo loco quo scripsit Bouiniam, anno .1553. captam & expugnatam, esse eandem apud quam Philippus Gallorum rex, cepit, substrauit, ac vicit Ferrandû Flandriæ comitem, quum hæc Bouinia, vbi victus est Ferrandus, sita sit inter Neruios & Insulas, & ab ea Bouinia quæ est comitatus Namurcensis, distet quadraginta miliaribus. Hunc erroremprehendimus: sed falli & errare possunt mortales: curiosius tamen disquirèda est rerum veritas. Vt hic interim taceam quot laruatas historias repererit mèdax orbis: idq; non vno tantû idiomate, aut apud vnam gentem solum, qualis est apud Hispanos & Gallos Amadisii Gardensis, vt vocant, historia, prodigiosa quadam quæ nec fuere vnquam, nec contingere, nec ab vllò sunt visa mortalium, continens. Tantum videtur argumentum ob id fictum ac inuentû, vt ociosi ociosiores reddantur, aut saltem vt libit eloquentia capti venustiori sermone exornent labra. Habet enim styli ornatum, & sub Ciceroniano cortice mira miscet, narrat, repetit & inuoluit. Eius generis est opusculum quod vulgari inscriptione Rolandus Furiosus dicitur, friuolis ac futilibus quibusdam cantionibus refertum, quibus capiuntur & delectantur simpliciorum mentes, sic frustra horas & dies teretium: velut alio loco testamur, in quo breue de historiis mouemus argumentum. Meritò igitur eiusmodi taxantur historiolæ, de iis rebus falsò tractantes, quæ nunquam extitere. Habentur tot veræ ac probatæ

regnorum, principum, bellorum & sanctorum
historiarum eas volumus. Cur Chimeras excogita-
tas, cur Centauros in theatrum nitimur protru-
dere? Profunt Diuorum historiae ad excolendam
pietate ac religione mentem. Vtiles sunt ac iucun-
dae nonnunquam & historiae de rebus conscrip-
tae variis, modo absit mendacium, nec sit ali-
quid quod cum religione pugnet.

Iam quis mendaces calamos, quosdamq; libellos
Annales patienti oculo vel pectore voluat?
Hac quoq; mortales mutantur tempora parte
Historicis falso scribentibus, haec nisi dicta
Esse putet quisquam & paucis fallentibus orbem.
Sunt qui fronte velut perfrita quilibet addunt,
Et quibus est certa pro lege recepta voluntas.
Quid facias illis qui vel plansra historiarum,
Fasciculosq; amplos conscribunt, saepeq; rerum
Ignari, terras, & fata, & tempora tractant?
Ex his nonnulli confundunt omnia monstris,
Quod vitio datur extollunt, quod laude videtur
Dignum conculcant, nunc rarus scriptor in orbe est,
Qui non historicis mendacia misceat, astu
Nescio quo, in Reges, populum, atque in numina pec-
cans.
Non ita mentitur verax Hieronymus, haud sic
Eusebii diuini calamus tam turpiter errat,
Dicat diuino (vt verum est) Mosen ore loquentum.
Promit Iosephus veterum clara acta parentum,
Antiqui orbis bella refert, nec fallit inique
Lectorem, propriis ex arte coloribus, omnem
Rem pingens, nil ex se addit nec detrahit vsquam.

Nec

Nec quicquam mutat, veri digitosq; tenaces
Ostendit, si quisquam alius, vir dignus honore.
Hoc tamen optarim vt de Christo clarius atq;
Altius historicis aliquid celebrasset, haberet
Plus laudis, multo plus iure referret honoris.
Historicos vincit, facilis Vincentinus omnes.
Rem nullis nodis inuoluit: at explicat apte,
Nullo mentitur narrator Orosius ore,
Quid facias illis, qui quod iam pectore toto
Laudarunt, carpunt mox plusquam dente canino?
Impingit Valeri nusquam tua publica charta,
Italicae historiae libris insignia, Crispus
Prodidit, applausu populi, conscriptor habetur
Verus, & illius calamum, non sordidat error.
Nunc alia est aetas, nec vt ante est tempus honestum.
Transiit hoc saeculum felix, hodie obuius error
Perstrepat, & laxis volitant mendacia chartis,
Implemusq; auidas confictis flatibus aures.
Multi hodie historici mendacia splendida vendunt,
Turpibus erratis onerata volumina spargunt,
Talia scriptores caeci monumenta relinquunt.
Nec curant, si quid gens postera iudicet, cui
Contenti applausu proprii, vulgicq; fauore.
Hos leuis affectus rapit, atq; insania mentis.
Quis legat ex animo tales? scriptoribus illis
Nulla fides, leuitas nec tanta meretur honorem.
Sic quoq; nec vulgo credas, rumor volat alis,
Nec cohibere queas, si fama perambulēt vno
Aucta die, atq; aliquid veris mendaciter addit
Lingua hominum, nil te moueant vulgaria verba.
Sat placet Albertus cognomine Crantzii, atq;
Nonnulli qui quaedam hodie excerptere vetustis.

K 2

Non

De histo-
ricis qui
nō vt ve-
ritati, sed
vt affe-
ctui ser-
uiūt scri-
bunt.

*Non ita dissimiles transacti auctoribus aui.
Si quid scriptura suadet, non sana voluntas,
Affectusq; animi inconstans, ne tradito chartis.
Res gestas cognosce prius, rerumq; figuras,
Atq; status, certis doceas sub, testibus orbem.
Ecce quot antiquæ ætatis scriptura probatos
Adducit testes, ne quid finxisse videri
Iure queat, ne vel nugas vel somnia vulgus
Esse putet: nam vera iuuat didicisse legentem,
Non tam quid de te præsens iam sentiat ætas,
Quàm quid posteritas dictura videtur, id omni
Curandum studio, vt veluti post fata superstes,
Non mendax viuas, sed verus in orbe professor.*

¶ Quum auaritia cum atate simul accrescat, negari haud potest, quin huic mundo senescenti adrepat infatigabilis quedam rerum tertenarum cupiditas, Paulus. 2. ad Timotheum scribit: Erunt homines seipfos amantes, cupidi, elati, &c.

Veterum monumenta si quis discutiat exactius, pestem hæc, hanc philargyniã, hunc idolorum cultum (vt vocat Paulus) inexhaustam auri sitim, rerum cupiditatem, hoc Danaidũ dolium, etiã priscis sæculis mortaliũ grauissimẽ occupasse ac laxasse animos facitẽ repererit: hodie nostri veteres illos omnes hoc morbo superant. Sed quæso vnde, vnde inquam hæc tam dira fames? vbi Licurgi illius Lacedæmoniorum præfidis sobriæ leges, qui aurum omne vilipendebat? Tanta est huius rei fitis, vt Ouidius dicat:

sed itum est in viscera terre.

*Quasq; recondiderat, Stygiusq; admouerat umbris,
Effodiantur opes irritamenta malorum.*

Silius

Silius Italicus libro primo etiam ait,
*Sed scelerum causas operit Deus, Astur auarus
Visceribus lacera telluris mergitur imis:
Et redit infelix effosso concolor auro,*

Quodq; magis culpandum est, pleriq; hodie innumerique viuunt, qui nusquam vertunt animos quàm ad nummos, eoq; vngues coniciunt prædæ auidi, vnde per vim ac nephas res alienas trahât. Adesdum Samuel, & occine Sauli, vt est ^{Per ne-} 1. Regum, cap. 15. Quare non audisti vocem Do- ^{phasopes} mini, sed versus ad prædam es & fecisti malum ^{venari} in oculis Domini? Sauli quippe præceptum erat, ^{haud} vt spoliaret & perderet, nõ vt sibi seruaret. ^{Christia-} Accedat Helias domus dominicæ zelator, & Achab ^{num est.} acclamet durè, quòd Naboth vineam vi rapuerit. Deinde Paul⁹, qui toties repetit, Neq; avari, neq; rapaces regnum Dei possidebunt: denique ille qui cum diues esset, pro nobis egenus factus est. His sententiis suum addat calculum, quo tanquã Tripodis cuiusdam oraculo hæc tota res cõcludatur. Facilius est camelũ intrare per foramen acus, quàm diuitem in regnum cœlorũ: & Nisi quis abnegauerit semetipsum: deinde, Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, meus esse discipulus non potest. Hæ sunt voces Domini, quibus cõpertum est, oportere nos pauperes esse spiritu, ne non modò nimitũ ardenti affectu te-fauros complectamur, sed ne, quod alterius est, iniquè expiscemur. Quot numero passim videre est qui res alienas & cupiunt, vt dixi, & per nefas arripiũt? Quin potius vos Christiani, in opem veste tegitis, cibo alitis ac potu? quin nudos dũ

K 3 bruma

bruma sequit calefacitis, fouetis, refocillatis vagos pauperum pedes? Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, facite vobis sacculos qui non veterascunt, & thesaurum in caelis aeternum, incorruptibilem, ac immarcescibilem: exemplo vobis erunt patres illi qui nos multis annis praecessere, Loth, Abrahamus, Dauid, Tobias, Ioa-chimus diuæ Annæ sanctus ille maritus, Zachæus, magnus ille doctor Augustinus, gloriosus martyr Laurentius, Martinus Turonensis, diuus Nicolaus, aliique innumeri, quos animo imitari oportet nos omnes, non eos qui vel parentum parta labore dilapidant prodigis manibus, vel qui sese totos auaritiæ dederunt, sibi etiam hostes nequam & inutiles. Certus voto petatur finis, nihil enim plene nos satiabit vnquam quam aeternus ille diuini beatifici; (vt vocant Theologi) obiecti ac speculi prospectus: quam inquam illius summæ gloriæ, regniq; veri perpetua fruitio. Hanc ob causam, in agone velut contendentes ab omnib⁹ se olim abstinuere, vt hoc cœleste brauium comprehenderent veteres illi, e quibus precipue Paulus primas obtinet, qui omnia arbitratus est stercore, nimirum vt Christū lucrifaceret: hūc secutus est Basilius, Ambrosius, Athanasius, Antonius. Deinde Eusebii Vercellensis Episcopi tēpore, viri quidam innumeri paupertatem professi sunt. Demū ante annos mille, D. Benedictus, exēplo edocuit nos hisce fluxis opibus in totum saltē animo valedicēdum esse. Idem ante annos. 500. egit Bernardus, & ante annos. 400. idē fecere Dominicus, et Franciscus, quos postea imitati

imitati sunt, videlicet anno Domini. 1254. Thomas, Albertus, Bonauētura, Alexander, qui non modò rebus huiusmodi renunciarunt, sed & eas quod maius est reliquerunt. Huius generis fuere alii plures, qui cum philosophis illis, vt Christianæ philosophiæ liberius vacarent, aurum, nummos, agros profus abiecere.

Quis sua mercator sine fraude negotia tractat?
 Quam cupidos auri. Agricolas, ciuesq; videmus?
 Dum melius tempus, melior floreret & ætas,
 Paupertatis erat studium, nunc omnis habendi
 Cura sitisq; tenent fumantia pectora, flammis
 Haud aliter quam sulphureis plena ignibus Æta,
 Aera quæ Sicula reddit calidissima terre.
 Nec sat auarus habet dum rebus non eget ullis.
 Diuitiæ arriident, & opes lubet accumulare,
 Interea ipse animus vitius scatet, vt scatet ipsus
 Carectis incultus ager, vanissima cura
 Mortales pungit, labor omnis inutilis ille est.
 Sunt quibus est nummus pluris, quam numma cæli,
 Et quibus optata est præpostera cura salutis.
 Tantus amor rerum fallacia pectora fecit,
 Simplicitas fuit in precio, nunc simplicitate
 Extincta, impietas planè intolerabilis orbem
 Occupat, & proprios vulpino fallimus ore
 Fratres, decipimus, rapimus, spoliamus amicos,
 Quos vel amicitie causa iuuisse fauore
 Semper oportuerat nostro, mentimur amicis
 Omnibus, ora tegunt in falso pectore vulpes.
 Vidi aliud sub Sole malum, prob Iuppiter, ad ne
 Est quicquam magis infame & damnabile? plebem
 Fraudibus eneruant cauti seniq; Tyranni.

Deprina
 tis homi
 nib⁹ qui
 per Rei-
 publicæ
 incōmo-
 dum, suo
 cōsulunt
 comodo.

Hos dico mercatores, ciuesq̄, aliosq̄,
 Qui norunt quibus accipiter laqueis capiatur,
 Quisq̄ vel mutis emungunt regibus orbem,
 Adde quod hic quosdam inuenias, quos aurea vestis
 Et gemmis onerata tegit, sed iniquiter illos
 Erodunt, quos fors humilis fortunaq̄ torquet.
 Nec videas, qui tam miseros, soletur amico
 Sermone, aut qui donet opem, patienter agendum
 Exhortans, æquoq̄ animo tela esse ferenda,
 Quæ fortuna manu mortales figit in artus.
 Pygmalioneis diues tibi serinia gazis
 Plena scatent, & auara manus corrodit egenos.
 Tesuros Cleopatra tenes, Cleopatra superbis,
 Nec voto finem imponis, cupidoq̄ labori.
 Quorsum diuitia stultis? sapientia nummis
 Non emitur, sed tesauris sapientibus vti
 Iure datur, ratio, rerum est sapientia nutritrix,
 Indignusq̄ bonis censetur, qui sua nullo
 Ordine mensuraq̄ vorat, nec præuidet aui
 Pauperiem, quam fortè feret fors dura futuri,
 Illis mendicare licet, quibus omnia desunt.
 Imprudens planè est proprio qui se necat ense,
 Et qui res quarum multis fuit utilis vsus
 Dilapidat, moriturq̄ fame & miserabilis orbi est,
 Diuitibus durum est iam sorte priore carere.
 Est stultus, qui captat opes, vacuusq̄ cerebro,
 Et nihil è rebus quicquam dispergit egenis,
 Sed vi nummorum miseros sine iure trucidat,
 Et trahit ad laqueum, diues non utilis orbi
 Talis erit, sed vel pestis, vel inutile monstrum.
 Solus is est sapiens, totum qui viuunt in æuum,
 Contentus rebus præsentibus, & nihil optat

Rerum
 prodigus

Præter

Præter virtutem, quæ diuim nobile donum est.
 Est sapiens circumspectè qui præuidet æuum,
 Et parat ætati bona non moritura futura.
 Arca Mida perit, cecidit diuesq̄, Corinthus,
 Non poteris gazas ex littore habere perennes.
 Nunc plures qui vi rapuere aliena, triumphant.
 Mollibus incumbunt lectis, donibusq̄ superbis.
 Inclusi læto ducunt conuiuia plausu,
 Collegit cornix alienas garrula plumas,
 Scissaq̄, compositis vaga verberat aëra plumis,
 Immemor est furti, tremulis inmixtaq̄ ramis,
 Improba raucifona meditatatur carmina voce,
 Per paucis quos Lerna rapax ditauit in annis.
 Rident indignos rerum, sed temporis ordo
 Forsitan implumes reddet, ceu spiritus altos
 Effundens sonitus, tenui depressus ab aura
 Decidit, & claras restringit in aëre voces.
 Sic cadit abstractis opibus possessor iniquus.
 Icarus auulsis alis ruit in freta præceps.
 Amisissis opibus diues nusquam inueniendus
 Disperit, optat opes, quas olim viuus habebat,
 Et quibus inmixus sese omnia posse putabat.
 Spes tua diuitiæ si sint, mihi crede, peribis.
 Diuitiæ è manibus labuntur, si tibi mons sit
 Aureus, in fuscam tandem vertetur arenam,
 Nec poteris facere æternum, quod labile mundo
 Natura ingeniosa dedit, successibus aui
 Excidit & teritur, quidquid sub Sole creatum est.
 Sisyphus ille nequit sublimi in vertice montis
 Ambabus manibus retinere volubile saxum,
 Labitur ex alto, rursumq̄, refertur in altum.
 Hic labor assiduus miserum, miseriq̄, fatigat

K 5

Brachia,

*Brachia, nec finem facit hæc durissima poena.
 Si Veneris opes labor est, labor estq; tenere,
 Quæ multo sudore tuis incluseris arcis,
 Quid crucias animi vires, quid sedula cogis
 Membra subire atros nimum, durosq; labores?
 Sæpe cupis quod nulla tibi fors inuida debet.
 Sic celeri manuum poma aptissima tactu
 Tantalus ex ramis auellere nititur altis,
 At nihil infelix agit, & vitreas sinit vndas,
 Vndis immerisus multis, moriturq; perenni
 Ille sinit, infelix dominus, qui rebus egere
 Cogitur, & cuius sitis incurabilis ardet.
 Durius an quidquam est, quam rebus egere paratis,
 Et quod auara manus collegit, manibus auris
 Linqvere, & ipsum usum rerum nescire suarum?
 O quanto melius fuerat presentibus vni,
 Et vilescentes thesauros addere luci.*

¶ Iis qui hodie scortationi vacant, per quos teste diuo Petro posterioris Epistolæ, cap. secundo, veritatis blasphematur via, habentibus oculos plenos adulterij, incessabilisque delicti, & id genus corruptissimis mortalibus, plane contigit vetus illud prouerbium: Canis reuersus ad vomitum, & sus ad volutabrum luti.

A Pud veteres illos magni fiebat pudica quædam ac nitens, & animi, & corporis castitas, qua virtute haud scio an alia esse queat vel sincerior, vel ipsis Diuis gratior. Multi qui capere poterat, sanctissimo Christo teste, castrarunt se olim propter regnum Dei. Paulus hoc bonum esse propter instantem ne-
 celsi-

cessitatem existimat, addens illud fortè matrimonialis capistrum ingerens mentionem: Solutus es ab vxore, noli querere vxorem. Idem non nuptis & viduis conlulit, non imperat tamen, aut præcipit, nimirum vt castissimis quibusdam pedibus, animisque velut virginæ agnum sequantur, quo cunque ierit. Hodienitor ille apud multos quasi proflus perit, friget castitatis & cultus, & amor, & honor. Non omnibus quidem, fateor, datum est vt contineant, nam suum vnusquisque proprium habet donum ex Deo, alius sic, alius verò sic, sed vtrita sese res habeat, bonorum morum legibus non cohibetur libido, & adeo non abstinetur à Venere, vt nihil aliud passim audias, inuenias, & videas, quam adulteria, incestus, raptus, violationes, & horrendas scortationes. Omnino auditur inter nonnullos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes sit. Quæ atas plura aut sordidiora aluit scorta, lenones, ganeones, Veneres, priapos? Corruptum est omne solum, infectus aer, deturpata hominum facies, enervata ingenia, vires exhaustæ: qui, inquit Patilus, fornicatur, in corpus suum peccat. Curandum est, si lubeat priscam illam castitatem, rerumque integritatem reuocare, vt ipsa iuuentus honestis præceptis imbuatur. Proderit hoc vt sic paulatim reuiuifcat purus ille niueus ac angelicus morum cultus: plurimum quippe momenti habet ipsa iuuentutis prima educatio & instructio. Si rectè tenellos adhuc iuuenes instituerimus, aureum quoddam renascetur adhuc tempus, re-
 flore-

florebit castitas, pudor, probitas, & quid non? utinam inquit Boëtius, modò nostra redirent in mores tempora prius. Locus est metro quinto libri secundi de Consolatione philosophiæ: Sic decet nos omnes Reipub. bene precari, cui alioqui dicendi inutiles, sub hoc Sole nati sumus, q̄, & verustus ille Tullius & noster Chryso- stomus toties ac tot argumentis probat. Quid enim sanctius, quàm hoc tuo ævo optare, vt possit rursus & integros mores, & decus pristinum feliciter recipere, atque adeò pietatem rursus assumptam perpetuò conseruare? De fortuna quæ hic calce instabili rebus mortalium inequitat, nihil dico: tantum hoc sciamus certo nõ esse eius anchoræ fidendum. Quis enim hic animum figat, quum dicat Ouidius in Tristibus:

Pasibus ambiguus fortuna volubilis errat,

Et manet in nullo certa tenaxq̄ loco.

Sed modò leta manet, vultus modò sumit acerbos,

Et tantùm constans in leuitate sua est.

Nec quicquam his Ouidianis versibus dissimile adducit Seneca tragicus:

Nemo confidat nimium secundis,

Nemo desperet meliora lapsis,

Miscet hæc illis prohibetq̄ Clota

Stare, fortuna rotat omne fatum.

Cætera clara sunt eo loco. Denique in prima parthenice idem planè describit magnus ille Baptistista Mantuanus:

Id quoq̄ nonnunquam mentes solatur amaras,

Quod durare nihil patitur fortuna, vicesq̄

Mobilis alternat, ventosq̄, simillima, proram

Nunc

Nunc premit à puppi, placida modo murmurat aura.

Vt semel rei colophonem imponam, nulla grauior orbi iactura est, quàm si pereat pietas, ac honesti emoriantur mores: reliqua quæ hic sub Sole videmus, tanquàm quodam naturæ tractu feruntur ac mouentur mutationi obnoxia: at virtutum semina tanquam certis quibusdam nervis vinculisque ab omnibus mortalibus tenenda sunt, ne vel ea temporum successibus pereant, vel accessione admixtuque morum corruptorū extinguantur. Hic sese viros inuictos præbeat prius cæpes, nobiles, ciues, mercatores, agricolæ, ac breuiter omnes mortales, qui huius vitæ aluntur beneficiis & aura.

Clare Caballino qui fonte madescis Apollo,

Engæ, aliud fac Musa canat, vos oro sorores,

Casta cohors, nervos inflat, inuuate poetam,

Dicite quas habeat sordes spurcissimus orbis,

Detegite infamis turpissima membra Priapi,

Quæ magis ex animi putriq̄, cadauere sordent,

Spurcus ad immundos hic fetor pertinet hircos.

O decus amotum terris, quid honoribus orbem

Expolias indigna atas, Venerisq̄, proterua

Cur pateris vitia, & noxas, pesteq̄, cruentas,

Quæ iuuenes vitiant, doctosq̄, grauesq̄, senesq̄?

O commune malum, quò passim totius orbis

Inficitur facies, cuiusq̄, ad sidera rumor

Subsilit, ò sordes aui, & vel naribus ipsis

Toxica spurca nimis, nec porcis grata, nec vrsis,

Turpius an quicquam est, quàm cæco ardere furore?

Multos virginitas olim veneranda beauit,

Turmatim

Turmatim castasq; animas emisit ad astra.
 Grande nefas fuerat, si quis sine honore locutus
 Turpe aliquid dictu, forte efflauisset ab ore.
 Castus erat lectus, vir castus, femina casta,
 Casta erat & soboles, plebs casta, omnisq; sacerdos,
 Et domus & plateae, quid pluribus? omnia casta.
 Nunc Venus in muris loquitur, turpisq; Cupido
 Sordidat in speris monstris infamibus aedes,
 Deturpatq; albos postes, lataq; fenestras,
 Et sua per muros insignia turpia spargit,
 Sunt caeci argumenta eua, & clarissima signa.
 Nunc ubi castus amor? Venus imperat, & trahit, et se
 Christiadum immiscet studiis, corrumpat, & vrget
 Succensos animos, regeq; ducesq; tenaci
 Illaqueat tractu, nulli lasciuè Cupido,
 Nulli hodie parcis, furor hic tuus, haec tua pestis.
 Est commune malum, quis non tua spicula sentit?
 Quis non quos generas tremulis gerit aribus ignes?
 Blanda Venus petulans, lasciuia, proterua, procaxq;
 Fasciniis hominum dementat mollia corda,
 Quamlibet obstantes nervos effeminat, idq;
 Vi multa nisi Numinibus firmentur & astris.
 Vidi ego qui multos castè vivere per annos,
 Post tandem in fortes recidisse Cupidinis ignes,
 Nec franco lasciuum animum domuisse perenni.
 Diluuium antiquis haec carnis amata voluptas
 Attulit, atq; omnes submersit flumine gentes,
 Plurima sulphureis deleuit & oppida flammis,
 Crudeliq; oras percussit fulmine multas.
 Hac periisse senes, Daniel describit aperte.
 Haec fuit in causa cur fortis femina Iudith,
 Principis illius prisca preciderit alto.

Immer-

Immersum summo caput, ebrietateq; surdum.
 Ista nouum morbi peperit genus atq; dolores,
 Antea quos nusquam terrarum senserat orbis,
 Cauta iuuentutem fallit Venus, hanc fuge quisquis
 Inter mortales, cupias euadere magni
 Nominis, & vitæ properas ad culmen honestæ.
 Mille nocendi artes, faculas, flammâq; nociuas,
 Turpis nutrit amor, nec certo limite cingi
 Restringsiq; potest, vagus est furor, & vagus ignis.
 Amens omnis amans proprio consumitur igne,
 Iudicio caret, & nervus dissoluitur, idq;
 Paulatim dum bruma venit, velut herba senescit.
 Candida Penelope, & Iuno, Lucretia, Thysbe,
 Atq; Corinthiaca Laïs pulcherrima terre,
 Foemina sunt spurcis inclusa cadauera bustis.
 Blanda Helena, & Iudith, Dido, teneraq; Sibylla,
 In fœdum redere lutum, nec enim obstitit vlla
 Vel festiua caro, vel frons, vel pulcher ocellus.
 Flectere fata nequit, tua luxuriosa venustus,
 Nec precio excimitur mortis de faucibus, vlla
 Aurea casaries, vultus speciosus, & ora,
 Si specie exuperes Ganymedem, & vincis Alexim.
 Obsecro quid frustus? forma excidit, & fluit, atas
 Deperit, & moritur, nullis reuocabilis herbis.
 Flaccescunt verni flores, quos parturit hortus,
 Terra suis ornata comis spoliatur, agerq;
 Frugibus infirmis pulchros amittit honores,
 Orna animum probitate tuum, durabit amictus.
 Ille decens, fidusq; comes, pulcherrima virtus
 Cultorem seruare suum solet, atq; beatum
 Reddere, quis melior, quam qui te seruat amicus?
 Sedulo curandum est, ne primum subtrahat ani

Florem,

Florem fallaci qui decipit arte Cupido,
 Nam veluti viuum sculptura & imagine ferrum
 Tunc caret, ex ima quando tellure reuulsum
 Extrahitur, tabis planè est hæc prima iuuentus,
 Aut chartæ est similis, cui nil impresseris, artis
 Inscia & inculta, incultam perducere vitam
 Nititur, & stultè confusa vagatur, & errat.
 Quam dulce est bene vixisse, & virtutibus annos
 Iam plures decorasse suos, meminisse iuuabit
 Etatis quam non sedauerit vlla voluptas.
 Vita pia in precio est, hanc si malus improbet orbis,
 Illa tamen diuis grata est, & iure meretur,
 Nominis æterni famam, durabilis vna est
 Virtus, nec teritur ferro, nec labitur cui
 Mordacis tractu, iuuenes si floreat ætas
 Corporis, & robur, iuuenili si viuet æuo,
 Efficite vt probitas animiq; virescat in horto.
 Hortulus ille animi assidua est virtute colendus.
 Quid senium expectare iuuat, mensesq; grauitos?
 Quos dolor & morbus sequitur, crebriq; labores.
 Difficile is qui ducit equos, hos iunget aratro.
 Si senuere graui ætate, & labentibus annis.
 Difficile est vetulos ætate domare leones,
 Inuitosq; canes vanatum ducere fili
 Quid te quæso tenet? quid te remoratur in horas?
 An tua nobilitas, quia claris patribus ortus
 Excellis plebem, mores contemnis honestos?
 Si genius extollas proprium, si natus in aula es,
 Nec tibi sint mores generoso stemmate digni,
 Quid famosa domus prodest? quid iura? quid aurum
 Utilitatis habent? nescis quid vespèra tandem
 Ipsa vehat, nescis quid fors tibi præparet, aut quid

Accidet

Accidet ante dies paucos, mutabilis ordo
 Fortunæ est, nunc præcipitat, nunc tollit in altum,
 Nunc tibi, nunc aliis ridet fortuna, dearum,
 Quæ fuit & nunc est inconstantissima vultu.
 Vis breuiter dicam? te nulla superbia fallat,
 Nobilis est qui se ne peccet contmet arte.
 Nobilitas factis præclaris nititur, & se
 Extollit supra omne scelus virtute superba,
 Virtus nobilium est nutrix, virtute parata
 Splendida nobilitas, si priscis patribus olim
 Infuerit probitas nonnulla, quid istud? eorum
 Non nostra est, quamuis illorum stemmate nati
 Profluimus, nec enim probitas patrum addit honores,
 Nec reddat generosum animum, si turpiter errans
 Ignauus viuas, similis sine pectore monstrum
 Fac tibi virtute haud moritura insignia, ne quid
 His armis fidas, nunquam innitaris arena,
 Quam rapidus poterit subito dispergere ventus.
 Qui tenuere manu regalia sceptrâ, fidentes
 Mendicant, & nobilitas spoliata gemiscit.
 Ludus fortuna est, fors nomina mutat & arces.
 Rusticus ex vili vestitus cannabe regnat,
 Et dominus dici cupit, atq; insignia clara
 In sublime rapit, stulti spectacula vulgi.
 Hæc est æterni Domini mutatio dextræ,
 Qui transfert regna & populos, qui ducit ad ortus
 Proiectos Phœbi radios, herbasq; videntes
 E sterili tellure vocat, reuocatq; quod orbi
 Interit semel, atq; novos apponere vultus
 Imperio nutuq; potest, è stercore tollens
 Pauperem, & abiectos ditans mox rebus egenos.
 Qui prius ex humili lana sua terga tegebat,

L

Nunc

Nunc grauius incedit claro vestitus amictu,
 Quid scimus si post haec tempora non dabit orbi,
 Vel melius nobis hominum genus auctor Olympi?
 Quot periere domus? quot regna? quot aurea tecta?
 Rursus, quot tenues populos fortuna ad honores
 Sustulit, & nudos claras euexit ad arces?
 Quot miseros summo ornauit splendore puellos,
 Quis nobis rerum rationes dixerit harum?
 Arrofit campos, & vallibus addidit atas.
 Nunc vocat ad celsum culmen mortalia fata,
 Nunc rebus subito mutatis deprimit illa,
 Nunc parit elatos nemora inter maxima ramos,
 Nunc aliquid syluas vorat absorbetq; furore,
 Nunc ceruus addit sex cornua, nunc nisi quinq;
 Aut tria, nunc apros senos facit ore potentes,
 Nunc mites, nunc hortos quercubus implet, & vlmis,
 Nunc frutices gignit, vel prorsus inutile lignum,
 Nunc generat virides, nunc perdit & atterit herbas,
 Nunc claudit tumidas pluuiosa per aera nubes,
 Nunc aperit variis, funditq; canalibus vndas,
 Nunc trahit Oceani vaga flumina, nunc procul illa
 Excutit, & rapido pisces praeccludit hiatu.
 Nunc Phœben mediam ostendit, nunc lumine toto
 Succensam plenamq; refert: sic sydere miro
 Omne genus rerum pergit, varieg; mouetur.
 Quis dicat quidquid vetus est, quid & hactenus omnis
 Terra noui peperit, quæ monstra effudit in auras,
 Latè tota patens, nusquam omni ex parte quæta est,
 Nunc subitò recipit motus, tremit, atq; potenti
 Quassa sono, ruptisq; locis hiat oris aperti
 Inluuie absorbens populos, atq; oppida magna,
 Sydere mox fausto, Boreaq; silente quiescit

Pauli-

Pauli per, sed mox aliquem expertura furorem,
 Nec tranquilla silet, nec cardine conticet vllò.
 Vnde fit, vt quoniam sedeat nullo ordine, nulla
 Sede quieta, suum videatur prodeve fatum,
 Venturumq; aliquando suum prædicere finem.
 Tam rapidos rerum tractus, alasq; pedesq;
 Tam subito inuictos vultus, celeresq; volatus
 Fortunæ inconstans rota parturit ordine nullo,
 Atq; agitur vi perpetua liberrimus orbis.
 Olim Romanae iacuit sacra gloria linguae,
 At nunc Hebraeus, Græcus, Latinsq; refloret
 Sermo, est extinctis atas cultissima monstribus.
 In quas res quæso tempus ius non habet ipsum?
 Collibus abstraxit, tumulisq; volubilis atas
 Longa aliquid, celsosq; apices depressit, & altos
 Vel duros lapides, fuscam quoq; reddit arenam,
 Frigidam, in bibulas immutat marmora sordes.
 Quam lato fluuios in pascua versa videmus?
 Et quot agros ferrata cuspide scindit aratrum,
 Qui gregibus quondam viridissima prata fuere?
 Hic vbi terra fuit, reptant in gurgite vasto
 Squamiferi pisces, rursus mare sustulit illo
 Littore, disiectas in barbara climata spumas,
 Mortalesq; habitant, vbi aquas Neptunus habebat.
 Diluuium Hollandæ gentis quantum abstulit oris?
 Oppida quot laceris amittunt nomina muris?
 Ruramq; subsumunt titulos, vix agnita cuiquam
 Mortali (si dais visum est) pro vilibus agris.
 Summe pater, tu consilio hæc atq; ordine voluis.
 Imperio nutuq; tuo est mutabilis orbis,
 Roma vetus celsit, Roma quæ iam nona floret,
 Quodq; magis mirum est, ne quid sit in orbe quietum.

L 2

Hic

Hic vbi diuinos retulerunt Numina cultus,
 Hic vbi perfudit fumantia thura sacerdos,
 Tristia dispersis frigent altaria saxis,
 Et sine honore iacent sacra & sine cultibus aræ.
 Est mutata loco famosior vrbs Solymorum.
 Quid facias? etas & fors hæc omnia mutant.
 Quis dicat non in floribus finem orbis adesse?
 Si tamen antiqui generosa recurreret aui
 Moribus illustrata suis, pietasq; rediret,
 Non essent curæ campi, vallesq; profunda,
 Non fluuii, vastiq; lacus, vaga sydera, & herbae,
 Non hominum breue vel tempus, vel durius æuum.
 Si reuolet probitas, harum tolerabile rerum
 Damnum erit, atq; nihil perisse putabitur orbi.
 O si prisca fides mortalia corda teneret.
 O si prisca honos esset reparabilis ille,
 Si sincerus amor, qui veros necitat amicos,
 Si pia simplicitas orbi reuocabilis esset,
 Si Venus ipsa procul, si Mars, si Bacchus abessent,
 Si nihil hæreseos populos quæ turbat, adesset,
 Et nonus & felix orbis floreret, & etas,
 Quàm dulces suauisq; annos sperare liceret.
 O vtinam genus omne hominum, status omnis, & ordo
 Curet, vt amotis vitiorum pestibus, atq;
 Depulsis procul, aspires quo cælicus ardor
 Euocat, & subito deterisa labe refingat
 Hos crassos animos, peregrinaq; pectora, corda
 Et studia, & curas: melioribus esse vacandum
 Moribus, en suadet ratio, ius postulat omne.
 Lex iubet, & Christus crebro sermone resumit.
 Obsecro vos, ô mortales, diuina propago,
 Vos, inquam, cæleste genus, meliora sequamur,

Scenâq;

Scenâq; mutetur vita, mutetur & ordo.
 Sordeat hæc tellus, rectâ aspiremus ad astra,
 Elysiâsq; alacres cæli properemus ad arces.
 Hic suauis labor omnis erit, labor utilis iste
 Totus erit, virtutem aliquid durumne putamus?
 Languida segnities nostros effœminat artus,
 Atq; animos molles inflicto vulnere frangit,
 Pierides cessare iuuat, restringite Musæ
 Ingenii vires, nec quicquam addamus Apollo,
 Phæbe sacer, sileas, diuâq; silete sorores.
 Quis finem faciat, narrandis pestibus aui,
 Sordibus & vitius? quis inania tempora dicat,
 Aut hominum ingenia, & curas, & fata sinistra,
 Corruptos nimium mores, multoq; receptos
 Tempore? quid superest? monstris est terra repleta.
 Nec video sub Sole status sine crimine multos.
 Plangite virtutem extinctam, super addite busto
 Carmina mortales, ferat hos quoq; lamina versus.
 Gurgite in hoc vasto pietas, probitasq; sepulcræ,
 Semideæ, Nymphæq; alacres, decus orbis & aulæ,
 Cælicolûm splendor, diuinum generosa propago,
 Nobile stemma iacent, ô funera tristia valde
 Hoc tumulo mores prisca, ritusq; teguntur:
 Hic dormit sincera fides, concluditur vna.
 Conditus hac germanus amor, qui floruit olim:
 Illic simplicitas sub arena extincta, quiescit,
 Sobrietasq; repulsa simul iacet exulis in star.
 O duram sortem nimis, ô nimis inuada fata,
 Quæ tanti sunt causa mali mortalibus ipsis,
 Imperat Europæ terris scelus, occupat orbis
 Climata, & infelix reddit sine legibus æuum,
 Nec subit humanas mentes formido, timorq;

L 3

Iudiciû

Hæ vir-
 tutes nõ
 modo a-
 pud nõ-
 nullos sa-
 piæ, sed
 extinctæ
 ac sepul-
 cræ sunt.

Iudicii, mortisq; seuera, iraq; futura,
 Ira inquam tanta, eternos qua construat ignes.
 Et cuius poterit flammis extinguere nullus,
 Cuius iure rigor penetrabit in intima corda.
 Iustitia, veriq; hostes discerpit acuta
 Vulnere, & inuoluet mæstis ac putribus vmbis.
 O finem sine fine malum, flagrumq; timendum,
 Hæc si nec moueant quenquam, saltem illud oportet
 Ante oculos proferre suos, nos omnia cælo
 Accepisse, nec esse aliquid quod Olympicus olim
 Ille auctor non formavit sapienter, vt illi
 Per nos multus honos, & gloria multa rediret,
 Cuius imago sumus ratione, & mente, trahentes
 Hanc spirantem animam ex ipso, nec enim illa creata est
 Viribus infirmis rerum, quarum genus orbem
 Implet, nec fumo, nec turbine, semine, & herba,
 Nec Circes, nec Vulcani venit artibus, illam
 Rerum opifex summus membris infudit, & aptè
 Adiunxit, ne tanta hominum & tam clara propaga
 Pectore confuso, velut hæc animantia multa
 Viveret, atq; oculos sine mente aperiret ad astra.
 Adde quod innumeris bonitas hæc cælica donis
 Nos vocat, & tutos reddit, variisq; periculis
 Eximit, atq; ostendit iter quo libero ad astra
 Pergi Marte queat, mentes felicibus anulis
 Adsciscens, raptasq; Orci de faucibus, addit
 Claris spiritibus, quorum sine turbine splendor
 Aeternum lucet, nullo mutandus ab æuo.
 Deniq; nos tanti clementia blandula patris
 Expectat, quod si lubeat respicere, flamen
 Huius conatus nostros cæleste iunabit.
 Quæ quondam perière semel, reparata fuerit,

Illa

Illa nec exilio iacere sepulta perenni,
 Gurgite diluuii scæno fuit abdita tellus.
 Submersum cecidit quidquid vivebat in orbe,
 Exceptis aliquot, pacis tamen, vltio tantas
 Rebus in humanis cædes exercuit olim,
 Sed detecta soli facies, noua corpora cæpit
 Gignere, & excellens produxit ab inguine stemma.
 Distraxit quodam Chaldæi insania belli,
 Famosum Solymæ templum Salomonis in vrbe,
 Et planè in cineres, velut irreparanda redegit
 Omnia, sed tandem successu temporis, omnem
 Structuræ formam, mira nouitate recepit.
 Si qua ergo pestis, si qua mendacia, mores
 Corruptere pios, si quod scelus abstulit orbi,
 Quod fuit ante decus, si quæ noxa hæctenus auras
 Possedit, procul exilium, monstra omnia querant,
 Atq; animis ætas melior medeatur, & orbem
 Legibus antiquis, ac certo iure resingat.
 Sic malè collapsi mores, languensq; theatrum
 Orbis, ad extremum renalescet, honorq; resurget
 Priscus, & aurato ætas cædet abenea saclo.

TOTIVS OPERIS ΕΠΙΛΟΓΟΣ.

Nihil mirum si aliquot huius inafelicissimi orbis vitia, hæctenus hoc toto nostro opere recësuimus, ranas Seriphias in suis sordidioribus limosisque aquis turpiter coaxantes: nihil moror, nauci quoque non facio impudentes canum latratus, hoc est, truculentos & sæuos hæreticorum dentes, eorumque omnium mordacissimam inuidiam, insanamque im-
 L 4 puden-

pudentiam, qui instar suum Bœoticarum, & pestilentissimis huius æui moribus fauent, & eos peius cane & angue oderunt, qui huc totti enituntur, vt saltem aliquo antidoto consilio que pestibus medeantur mortalium. Quando enim licentius peccatum est vnquam, q̄ his annis? quando incorrupta legum authoritas minus vindicata est, & (quod multò pei⁹ iudicauro) quanta animorum ac aurium tenebitudo, vt iam grauius se læsos vociferentur Epicurei porci? Si quis etiã leuitatis spiritu adducatur hoc Paulinum: Neque ebriosi neque maledici regnum Dei possidebunt. 1. ad Corinthios .6. Hæreticus Lutheranis Christianus non est: si quis eos ad saniozem mentem Euangelico catholicoq; aliquo dogmate reuocare conetur, hypocrita est, Antichristi membrum est, animicida est, & quid non? O præpostera hæreticorum iudicia: vel calamum, vel linguam in eorum corruptissimos mores stringito, qui libidini, qui Venenari, qui auaritiæ, symoniæ, aliisque damnandissimis scelerum monstris sese totos dedunt, cruci Christi mentientes, tanquam illi, quorum meminit Psalmographus Dauid Psal. 105. aliisque sapius repetitis locis: ad horum hulcera, inquam, admoue manum, mox gregatim in tuum caput cõtumeliosissima insipient seditione. Nonnulli fa teor & hodie viuunt, qui melius cõsulerent, etiã arrectos animos & aures porrigant libèter, sed dici haud potest, quãtus sit eorum grex & numerus, qui iis insolentissimo murmure obstrepēt, à quibus contingit eos nonnunquam acerbius, sed ta
men

men per Euangelicam charitatem non tam morderi, quàm saltem argui ac moueri: vt verum planè sit, quod est prouerborum. 9. Argue sapientem & dilige te, qui verò erudit derisorem, iniuriam sibi facit, & qui arguit impium, maculã sibi generat. Hosce venenatos scorpiones, qui nolunt sibi caudas vlllo digiti contactu moueri, sed perpetuò sub quodam pertinaciæ obduratissimã lapide delitesceres latitant, pulchrè describit rex Dauid, psalmo. 5. & .12. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, quorum os maledictione plenum est & amaritudine, & dolo. Sanè mea quidem sententia, ii optimè de omnibus mereri videntur, qui pio pectore student euellendis è vinea Domini, ac tollendis è medio vitiorum scelerumq; vepribus ac vrticis. Huiusmodi enim peccatũ est, vt si illud (teste etiam Ethnico philosopho) propius, diligentiusq; consideretur, non possit à quoquam mortalium animo amari: accusat se, prodit se: si male egeris, ait Dominus, statim peccatum tuum in foribus erit. Abdebat se ille nostri generis Princeps Adamus, sed patebat scelus, nec tegi poterat, qui enim male agit odit lucem, & ad lucem non venit, inquit Christus, ne arguatur opera eius. Aequum siquidem propterea est, vt & arguantur & carpantur fontes, quum omnia, teste Paulo, in lumine manifesta sint, ac velit optimus Iesus, vt aliquando quidquid opertum est reueletur, adeoq; in apertũ pdeat quidquid sub terra est, vt canit Poëta. Pius Joseph de crimine etiam pessimo suos fratres apud patrem Iacob accusabat, quod est Ge-
neleos

nefeos capite, 37. Deinde Nathan innocentissimus, ipsum Dauidem tantum & regem & prophetam, ore nihil dissimulanti reprehendit. Quid quod diuinus Helias duro Achab audacter ponit ante oculos horrenda scelera? Christus in cuius ore non est inuentum mendacium, aut dolus, ipsos Phariseos multosque; Iudeos serpentes et gemina viperarum non infrequenter constantissimè vocabat, Vos, inquit, ex patre Diabolo estis, & opera patris vestri vultis implere. Quo ore, qua fronte, & facie, imò quo spiritu in incircuncisos cordibus infilit D. Stephanus? Quoties ebriosos, molles, scortatores, adulteros, auaros, fures, sacrilegos, aliosque; eius generis corruptissimos mortales carpit & monet Paulus: nimirum eo solidissimo nixus fundamento quod adfert ad Timoth. episto. 2. cap. 3. Omnis scriptura, inquit, diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Liber & hic non omittere quod eiusdem Epistola capite tertio dicit: De innumeris & iisdem foedissimis sceleribus, quibus abundabit orbis totus iam refrigescente charitate, id que vt plures exponunt, circa Antichristi aduentum, sic ait: Hoc autem scito, quod in nouissimis diebus, instabunt tempora periculosa, & erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, scelesti, sine pace, sine affectione, criminatores, incontinentes, immittes, sine benignitate, tumidi, proterui, voluptatum

tatum magis amatores quam Dei: reliqua qui volet perlegat. Nonne quæso eam ob causam vociferandum & clamandum est contra tales orbis pestes, et in medium constantissimo ore adducendum illud Esaiæ? Væ gèti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequæ, filiis sceleratis. Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum: super quo percutiã vos vltra addentes preuaricatione? Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas: vulnus & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo &c. Molestum ac penè infinitum fuerit tot scripturæ loca persequi & huc adducere, hoc tantum dico his verbis:

Si legat hæc atas, max lesto codice, dicet

Monstra mea, & noxas iste poeta videt.

Ingenio pestesque meas, atque hucera tangit,

Nec medeor morbis plus satis ægra meis.

Tot mea doctores sacri mala tempora pulsant,

Nec reprimo somnos desidia mea.

Lux mea Christe orbis splendor, medicamina profer,

Sanctius & vitam quæso resinge meam.

Non arbitror tamen vllam ætatè plus genuisse doctorum ingeniosorum que virosum: vixerunt quippe ab hinc septuaginta annis, penè innumeri, et hi perspicacissimi Theologi, rei nimirum theologicæ peritissimi, è quibus nec pauci probissimi maximè piã vitã duxere. Aliquot celeberrima Louaniensum academia protulit, alios Lutetia, quosdã Colonia, alii aliis ac aliis climatibus suæ & probitatis, & eruditionis dedere euidentissimi-

mum specimen. Quid referam eloquentissimos
 oratores, incomparabiles poëtas, clarissimos me-
 dicos, causidicos, cosmographos, mathematicos
 innumerosq; alios ingeniis generosisimis lau-
 datissimos homines? O insignia æui nostri or-
 namenta, sed è contra quàm grauiter & absq; vl-
 lo pudore fronteq; Dei optimi maximi adoran-
 dam illam, & omnibus neruis colendam boni-
 tatem assiduè offendunt nonnulli? Habet fateor
 & hodie Dominus adhuc suos, sunt qui genua
 Baali non inflexerunt, etiam septem millia, imò
 et plusquam septem millia, vt piè arbitror, nouit
 quippe, ait Paulus, Dominus ille magnus, in cu-
 ius manu sunt omnes fines terra, qui sunt eius.
 Multi piè viuūt fateor, etiam in quouis statu ac
 vitæ genere, inter Christianas cohortes: sed vtinā
 à paucioribus & Dei & Ecclesiæ catholicæ præ-
 cepta, leges ac iura violarentur: vtinam aliorum
 pericula nos cautiore reddant. Sint nobis exem-
 plo rami illi qui propter incredulitatē grauiaq; è
 scelera quondam à Domino fracti sunt, ac sic se-
 cum quiuis philosophetur Christianus, sibiq; il-
 lud dicat quod est ad Roma. ii. Tu autem fide
 stas, noli altum sapere, sed time. Si enim Deus ra-
 mis naturalibus non pepercit, ne fortè nec tibi
 pareat. Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei
 in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te
 autem bonitatem Dei si permiseris in bonitate:
 alio qui et tu excideris. Valde minax est ille Pauli
 locus. Deum immortalem quantum fulmen ac
 tonitru. Num & hæc tuba nobis non concutit
 animos? Christi pietas tantam in nos effudit do-
 norum

norum copiam. Timemus ne eum qui ait: Au-
 feretur à vobis regnum, & dabitur genti facienti
 fructum eius? Agnoscat orbis quantæ laudis est
 ac honoris, bene, piè, sanctè & Euangelicè viue-
 re: & vt summatim dicam, vtinam omnes mor-
 tales eo spiritu suos instituant mores, vt sub hoc
 temporario Sole Christianam pietatem ample-
 ctentes, plurimum diuinæ gratiæ suscipiant: &
 tandem iis absolutissimè peractis, quæ & à Chri-
 sto, & Ecclesia, & scriptura & ratione requirun-
 tur, præcipiunturq; ad suauißimam illius glo-
 riæ suauitatem recta ac tuto tandem perueniant,
 quò suos perpetuò hætenus & vocauit, &
 hodie etiam vocat mansuetissimus

Domini Iesu Christi Spiritus,
 cui æternus sit honor ac

decus in omne

æuum.

AMEN.

Iudicet veritas.

FINIS.

REVERENDISS. Patri D. Francisco Bo-
uadilla, Tit. S. Eusebii Cardinali, & episcopo
Burgenfi, &c. F. Adrianus Hecqueti⁹, Atreba-
tinus, Carmelita, hos saluatorios versus
obtulit, anno. 1554. iiii. Non. Nouēb.

Dive Pater, multos quamuis merearis honores,
Qua tamen est melior, sit tibi vera salus.
Te saluere iubet noster ieiunus Apollo,

O decus, ô nomen nobile Christi adum.
Numen es, in terris, cuius diuina potestas
A Stygio vinctas eripit hoste animas.
Pontificis summi sedi tu proximus astas
Sapientius, ut Phæbo proxima stella iacet.
Nec tibi mens sola est virtutum prædita gemmis,
Et formam insignem nobile corpus habet.
Sed cur purpureo cultu circumdaris omni
Corpore? cur color est hic tibi sanguineus?
Cur, quaeso, incedis rubro velamine tectus?
Vt sic Christi ingens significetur amor.
Haud nego, diuinis ardentia pectora flammis,
Quin color hic rubeo sanguine significet.
Sed tamen & mortem Christi hic designat amictus,
Et memores sancta nos facit esse Crucis.
Tu crucis, ô felix, insignia splendida gestas,
In qua Seruator dulce dependit onus.
Talis erat quondam vestis iuuenilis Ioseph,
Inuiduli fratres quam retulere patri.
Sic prorsus tales Diui sudere liquores,
Martyrio quondam qui rubuere suo.
O quantis hominum turmis, quanto ordine, quan-
tis
Præsulibus, Christi lucet honesta domus?
Quot patrum agminibus veluti cincta vndiq; floret,

Quis

Qui dare ceu quadam cœlica iura solent.
Qui nos mortales cœlesti semine pascunt,
Nostraq; diuino pectora pane fouent.
Hæc tua felix est Reuerentia, maximè Præsul,
Et quos applausus iure mereris habes.
Est certo fidei tua mens in cardine fixa,
Est animi sedes lex quoq; sancta tui.
Quidq; tui similes pia semper ouilia curant,
Sunt fidei vigilēs sedula turba patres:
Tuq; tuumq; decus vincat vel Nestoris æuum,
Nulla sit & fame meta futura tuae.
Hi quoq; quos viuus sub Sole mereris honores,
Post tua sint tandem funera perpetui.

FLORENTISSIMÆ LOVANIEN-
sis Academiæ encomium F. Adriano Hec-
quetio Atrebatino Carmelita auctore.

Hæc non dicendis Academia sacra triumphis
Floret, & æterni nomen honoris habet.
Hic verè regnat præclara scientia, nusquam
Gratius imperium Musa habet vlla suum.
Quis tibi Louanium similis locus? artibus omnes
Terrarum partes vincit Apollo tuus.
Hinc fit vt omnigenis è finibus affluat ingens
Grex hominum, studii captus amore tur-
Huc spaciōsa suos mittit Germania natos,
Huc Hispanica gens ingeniosa venit.
Francigenæ quoq; concurrunt, aliq; gregatim,
Tot numero, vt versu nemo referre queat.
Huc genus omne hominum gratum venit, hic simul oēs
Nullum est discrimen, diues inopsq; student,
Grex quoq; vulgaris, cum nobiliore iuuenta

Conuenit

Conuenit, hic studii candida pax & amor
 Theologi veræ fidei pia dogmata tractant,
 Et nihili hic sacrum non reperire queas.
 Hic quoq; doctorum ciuilia iura labore,
 Vel quouis Phæbo lucidiora patent.
 Hic artis medicæ videas arcana doceri,
 Et priscam quidquid pertinet ad sophiam.
 Hic videas Græcæ, Hebræaq; linguæ Latine
 Doctos, vt similes vix reperire queas.
 Quam magnos celebresq; viros dedit hæcenus orbi
 Louanium, Phæbi lumine clarius est.
 Primus Ioannes dux dignus honore perenni
 Huc olim studiis attulit hospitium.
 Ille sua blandas acciuit voce camænas,
 Hic vobis locus est, inquit, adeste decæ.
 Hic vobis vitrei fontes, sunt flumina & agri.
 Hic sunt arboribus prataq; plena suis.
 Herbarium genus omne viret, sparguntur & vmbra
 Hic sub frondoso tegmine multa quies.
 Hic vites rectis adrepunt vndiq; muris,
 Hic ramus botros fert aliquando decem.
 Hic montes campi q; patent, & in aëre miti
 Hic volucres dulci gutture sepe canunt,
 Talia promittit dux ille illustris, & ecce
 Accurrit lato Calliopea pede.
 Nec mora, Pierides properant, Phæbiq; cohortes,
 Turbaq; literulis quæ solet esse fauens.
 Urbis Louaniæ laudetur & aër & aura,
 Vrbe tamen laudis plus Dea Musa ferat.
 Vna virescentem gerat hæc academia laurum,
 Vnaq; præcedat cætera Gymnasia.

Domino

DOMINO LIVINO AMMONIO
 viro Carthusianæ professionis, &
 erudito & pio F. Adrianus Hec-
 quetius Atrebatinus Car-
 melita. S. D.

Qui poterit mea rusticior tibi Musa placere,
 Quæ scribam tanto carmina digna viro?
 Tantus es, vt passim te vulgus prædicat orbi,
 Vt tibi non habeat Flandria tota parem.
 Græcus, & è Græco sermone volumina condis,
 Et resonas Latios, silubet, ore modos.
 Flandricolis decus, & nomen feliciter adfers,
 Tu splendor patriæ, spes quoq; luxq; tuæ,
 Si mihi quas petii chartas, mox miseris illas,
 Planè animo veniet præda petita meo.
 Hoc humili versu, sic te mea Musa salutat,
 Quæ gaudet, quod te viderit, ipse vale.

DOMINO LIVINO AMMONIO
 religiosissimæ vitæ Carthusiano F. Adria-
 nus Hecquetius Carmelita. S. D. P.

Prolixam epistolam ne expectato, mi Li-
 uine, sed potius ἀυτόγραφον, & ex tempore
 editâ, quippe quotidianis cōcionibus oc-
 cupatior sum, q̄ vt per ociū detur tecū fusius age-
 re: hoc tantū optarim, vt & mei viuas memor, &
 pro tuo Hecquetio, qui tibi sese totū quātus est,
 offert, apud summâ exorabilēq; illâ Christi pie-
 tatē nonnunquā oratorē agas. Virum te mihi &
 charū & amicissimū, toto cōplector pectore, the-

M laurum

F. LIVINVS AMMON.

faurum illū quem tanquā quiddam magni precii religiosissimē apud te seruas, hoc est aliquot Erasmi epistolas, propria eius manu ad te scriptas, nolim spargas, vel distrahas: quanquā si vnas eius generis literas, forte ab amico viro precibus extorquere coner, hic te non arbitror Herculeas quasdā manus protensurū vt valde sit difficile rē huiusmodi impetrare, ac obtinere, tamē ego nō admodū ambio, quod alienam supellectile commēdet: nec talis thesauri sum auidus, etiā si absq; villo tuo incōmodo hic mihi posset aliquid decidere. Cura vt fœlix viuas, beneq; valeas. Gandai, paulō ante concionem, VI. Calendas Martias, anno à Christo passo. 1551.

VIRO NON MINVS DOCTO

quā pietatis studioso Fratri Adriano Hecquetio Atrebatino Carmelita F. Livinus Ammonius. S. D. P.

BInas abs te literas accepi Hecqueti frater in Christo dilectissime, sed vtrasq; tempore ad rescribendum perquam importuno: nam superiores illas carmine haud quaquā ineleganti scriptas, ea deniq; hora accepi, qua ad sacrū Deo Optimo Maximo offerendū præcingebar, & fraterculus ille tuus famulus rātisper expectare nō poterat, dū peracto sacro responderē, quia reditū maturabat. Alteras verō cū iam concionaturum me fratres mei præstolarētur, & indignū videbatur

F. ADR. HECQVET. 29

tur eos expectatione longa fatigare. Itaq; in tempus aliud magis præsens aptumque differendum mihi visum est. Nam quōdin posterioribus ais per illum nunciolum posse quidlibet turō me rescribere, rectē tu quidem: sed ille suum mihi hospitium quo se Gandai recipit indicare non potuit, vt certō nossem, quōd mea tibi reddēdas trāmitterem. Et ecce, hoc ipso quo posteriores mihi tuæ sunt redditæ Dominico die, præter omnem spē Procurator sanctimonialiū nostri Ordinis prope Bethuniam sese nobis exhibuit: per quem, nisi fallor, optime respondere possum. Spe igitur eius conueniendi concepta, mox vt tempus sinebat, arrepto calamo, quidquid mihi mens suggerebat, huic chartæ illeui. Habeo gratiam de tuis binis literis, de tua humanitate, qua me in amicorum album recipere dignaris. Denique de eo, quō meas pro te preces haud obscure videris ambire. Sentio enim te vicissim pro me precari velle, nisi omnino credendum est, eorum te velle obliuisci, quos tui memores esse non dubitas. Lubēs itaque hanc conditionem acceptaui. Cæterum de epistola aliqua Erasmi tibi seruanda mittendāue, nondum statui quid agere debeam. Abnuere quidem tibi tam lepido carmine petenti, vix animus est: tam charas autem mihi literas, & planē thesauri loco penes me repositas, amicissimo licet homini communicare multō minus lubet. Sed tamen nō definio, dum quid ea de re facturus sim, nox diesque consilium dabit. Interim te bene valere cupio, mei que memorē. Ægidium quoque

M 2 Brach-

Brachmanum per primam quamlibet occasione
tuis verbis saluere iubebo. Hæc raptim festinate
calamo, alias si videbitur per ociū. Dominico die
in ordine quarto post festum Paschæ, anno 1571.
E nostra apud Gandauos Carthusia.

Tuus ex animo frater & amicus
Liuius Ammonius.

PIO ET ERVDITO PATRI

*Domino Ludonico Blofio Abbati Li-
tienti F. Adrianus Hec-
quetius, S. D. P.*

ANno superiori, hoc est, 1553, cū Atrebatī
in ædibus diuo Gaugerico sacris, quo-
tidianam & toto aduentus Dominici
tempore, deinde & quadragesimali, Christiano
gregi concionē proferrem, subiit animū meum
cogitatio non plane (vt mihi quidem tūc visum
est) ab instinctu diuini spiritus aliena: nimirū, vt
scripto, hoc est versificatorio calamo nōnulla hu-
ius corruptissimi æui mortalium, quanquam re-
latu multo indignissima scelera, leuiter tamē de-
tegerē. Emiseram pauculos ante annos librum
cui titulus, Retuocatio hæreticorum à Lutherani-
smo, sat piè editum, & ante hunc adhuc vnū atq;
alterum. Postea & aliquot alios natiuo meo, hoc
est Gallico sermone cōscriptos: quorū omnium
incriptiones, ne id iactantiæ causa attulisse vide-
ar, prudēs supprimo. Tandē & hoc opus bonis
forte auibis auspicatus sum; sed quia videbatur
rei argumentum in immensum crescere posse,
manum

manum absq; tamen calcare, plus satis celeri tra-
ctu percurrentem, iudicio compressi, coëgiquē,
vt compendiosius absolueret: id quē duas ob ra-
tiones potissimum, quarum prior ea est: quieta
non erat mens, imò nec lingua, nec cerebrū, nec
stomachus; nec ipsi pedes quiescere poterant in
Carmelo nostro. Atrebatensi. Variè erat vagan-
dum ob Euangelii semina, frequentissimas quē
Christianæ doctrinæ conciones: alteram rationē
quis nescit iustissimā esse, quis enī finis, si cupiā
omnia omnium hoīm scelerū genera vel labris, vel
scriptis & persequi, & cōplecti, & carpere? Quā-
quā hic ad melius quiddā hortari poti⁹ videar, q̄
huius immodestissimi orbis pestes carpere velle.
Quis peccatorū ac vitiorum abyssum compre-
hēdat? Pii sunt hodie & probi, & eruditi mul-
ti, sed quanta est hominū impiorum colluuiēs?
quē turba? An ne hic malorum abyssum facile vi-
demus? imo plane nec videm⁹, nec penetramus
incredibile abyssum. Abyssum peccatorū pop u-
si illius Israëlitiici detegebat Daniel in oratio-
ne, scriptura mentionem facit abyssi Amorrhæo-
rum: Nondū completa sunt peccata Amorrhæo-
rum. Paulus Roman. scribit & aperit abyssum
ac sentinam non dicendorum scelerum, in quo-
rum facies ē philosophis haud pauci, multi quē
mortalium greges, velut præcipites illapsi erant,
eo quod non probassent, vt loquitur, habere
Deum in notitia, tradidit illos Deus in repro-
bum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt
repletos omni iniquitate, malitia, & cæt. Vtinam
misericordia Domini, quæ abyssus est, omnium
huius

huius mundi peccatorum abyssum clemēter & absorbeat & extinguat: ne fiat eueniatque quod est Esai 13. Visitabo super orbis mala, & cōtra impios iniquitatem ipsorum, & requiescere faciam infidelium superbiam, & arrogantiam fortium humiliabo. O minacem sentētiam Domini. Omnia aperta sunt eius oculis, ait Paulus: nā Amos 5. legimus sic: Cognoui multa scelera vestra, & fortiora peccata vestra. Innumeri ingenius florentissimis præditi viri, nescio quæ omnia, quamque dira orbi supplicia, & scripto, & ore, sæpe hætenus minati sunt, quod tātam peccandi licentiā, tam corruptos quorundam mores, tamque grauibus noxis ac vitiis diuinā illam adoradissimāque Dei maiestatem à nōnullis offendi viderēt. Etiā Astronomi quid non colligunt è syderibus? Antonius Ferrariensis cognomēto Torquat⁹, multo ante annos liberè edidit scripta, quæ & hodie nusquā non vaneūt, de euerfione Europæ. Auertat hoc tam sinistra omen Deus: sed quot bellorū tumult⁹, quæ odia inter Christianos fratres? quæ schismata? quàm foedas hæreses? quantas Turcorum vires? quàm turpes scortationes? quæ latrocinia, homicidia, ebrietates, & innumera huius generis Christi cruci repugnantissima monstra videmus: passim? Quin ad mētem saniozem redimus? quin ad Christi præcepta toti conuertimur, ea libenter sequentes, quæ pietatis catholice spirant odorem? Sed hic diutius immoro: forsitan, hisque quanquam nimium iustis, sed tamen prolixioribus querimoniis animum tuum, alioqui rebus maioris momenti occupatiorem impro-

improbi⁹ detineo. Illud certò scias mei tui amatissimum esse, tu fac quoque vt per amorem reciprocum nūnunquam tui Hecquetii memineris, ac, vt scribit diuinus ille Apostolus: Cura vt non lingua, & verbo tantum, sed magis opere ac veritate, me tibi amicum ames. Sunt enim hodie multi, qui blandam amicamque mihi præferunt frōtem, sed gladius eorum in corde ipsorum est, vt canit Dauid. Sit tamen illis aliquando clemēs ac misericors Dominus, qui vult vt sic etiam pro inimicis oremus: cuius gratia te quoque incolumem seruet. Bene vale, Louanii. VI. Idus Augusti, Anno ab orbe redempto. 1554.

Hecquetius tuus.

VIRO OMNIBVS ET BONIS

literis & moribus multò ornatissimo Petro Nannio Alcmariano lingue Latine apud Louanienfes professori F. Adrianus

Hecquetius Carmelita,

S. D. P.

Collegium istud Busleidianū, vulgo Trilingue dictum, quod hætenus iam multis annis trium linguarum professoribus insigniter floruerit, & iis quidē tam incorruptis moribus, tantaque eruditione claris, perpetuò sanè magni feci, eruditissime Nanni: nō tā quod ornamenti nonnihil inclitæ Louanienfis Academiæ adferat, quàm quod certò sciam in eo synceros, probatissimosque authores in maximo effecio, quæ res effectit (si quid tribuatur meo iudicio)

M 4 dicio)

dicio) vt valde frequēs auditorium singulis quibusq; diebus eò conuolitet. Conradus Goclenius, vir admirabili quodā extemporariā dictionis fluxu celeberrimus, annis haud quaquā paucis, in hoc conditionis genere tanta facundia, tanta elegantia omnium & animis, & auribus satisfecit, vt videretur & Phœbum, & Palladem omnem euincere posse. Tu quoque viro plane Ciceroniano, alter Cicero, feliciter successisti, maximoque auditorum applausu tibi iure congratulatur, qui eam profitendi prouinciam lubens suscepisti. Vtinam te etiam immortalem Christus nobis seruet hominem, non modò isti vrbis, sed & orbi toti vtilissimum. Sic paucis tecū ago, aliàs si res postulet, vel te inuisam, vel latius scribam. Bene vale. Atrebatū, è Carmelo anno à Virginis partu. 1552.

VIRO LONGE ERUDITIS-

simo ac elegantissimo Fratri Adriano Hecquetio Carmelita Petrus Nannius Alcmarianus, S. D. P.

Quod tibi ad priores tuas literas non responderim, humanissime & eruditissime Hecqueti, quæso ne in malam partem interpreteris. Putabam mihi liberam esse cessationem, quā tu nihil à me postulaueras, quod præsentem operam requireret: literæ enim tuæ humanissimæ quidem, sed tamen præter salutandi officium nihil habebant, & eram occupatissimus, & quod peius, lento quodam morbo implicitus, à quo

quo nondum conuolui: vt mihi verè licuerit dicere, me nec ocium, nec facultatem scribendi habuisse, malebam in id tempus differre, donec te vicissim aliquo libellulo salutarem, quòd prope diem expectabā, sed interuenere studiis nostris nonnullæ remora, quæ me diutius remorantur quàm vellem. Vnum hoc tibi persuade mi Hecqueti, me tui et memorè esse, et studiosum etiam si nihil scribam: veneror enim ingenia, vt si quis alius, tametsi beneuolentiam meam, non vbiq; literis certam, contestatamq; amicis reddam: tu si quid me velis, non habebis impigrum hominem ad tua negotia, bene vale. Louanii
ipsis Idibus Septembris, anno à Christo nato M. D. LII.

VIRO OMNIBVS MODIS CELE-

bri & humano D. Hanguario diui Petri apud Insulas decano, ac Cæsari ab Eleemosynis F. Adrianus Hecquetius Carmelita S. D. P.

Clare vir et multos memorande Decane per annos,
Quæ genus è celebri nobilitate trahis.
Tu patriæ dicendus honor, qui sumpseris isto
Munere, quo nullum sanctius esse potest.
Quid melius quàm pauperibus dare munera nudos
Contegere? & laceræ tecta iuuare domus?
Quid melius quàm pupillis apponere vestes,
Languidâq; oblato membra fovere cibo?
Sed ne te mea Musa diu remoretur, & illa
Officiū turbet munera sancta tui,

*Tu nostri memor esse velis, frigescit Apollo
Noster, & haud paucis, heri mihi, rebus eget.
Nec quicquam occurrit, quod nos iuuat: egra crumena
Non tumet, at solito vulnere laesa gemit.
Si quicquam dederit tua gratia, Numma sacra
Orabo, vt viuas saluus, amice vale.*

SPECTATISSIMO AC VENE-
rabili Patri Ioanni Rougetio monasterii
Ceruicampensis longè vigilantissimo
Abbati, cognato suo, F. Adrianus
Hecquetius Carmelita
S. D. P.

Est pietas Domini merito laudanda supremi,
Quae tuto seruat teq; tuamq; domum.
O miseram etatem, quae sic populatur agellos,
Et flammis vrit vilia rura suis.
Quae trahit innocuos populos ad funera fato
Atroci, & lachrymis oppida & arua replet.
Desinite o Reges, quid sic torquetis Achinas?
Quid plebem immerito, quid cruciatis oues?
Hinc nil laudis erit vobis, plus nominis addet,
Si nectat vestros pax generosa animos.
Tu pater & cognate mihi, fac tempora vincas
Fortiter, & patiens viue, beatus eris.

ABSOLVTÆ PIETATIS VIRO
D. Protonotario ab Ogniaco, Reuerendiq;
D. Neruorum Episcopi summo Vicario
F. Adrianus Hecquetius S. D.

Carminis arte breuis, si te mea Musa saluet,
Id tamen ex humili pectore crede venit.

Officio

*Officio reuerendus enim es, nec munus honestum
Quod geris audacter rumpere forte licet.
Mars quoq; qui nostri populatur climatis arua,
Efficit vt versus noster Apollo neget.
Neruiacum salueto decus, vir docte, vir orbi
Vtilis, ac proles stemmatis ingenui.
Viue memor nostri, si qua potes arte iuuato,
Carmeliq; tui te meminisse iuuet.
Tu potes officii virtute fauere, nec vllus
Te melius nobis semper adesse potest.
Illa tui pietas animi floreat in aeuum,
Teq; Iouis summi seruet amica manus.*

PRÆSTANTISSIMO ET OMNI-
bus modis magno Patri D. Antonio Perrenoto Atreba
tensium Episcopo vnico & Musarum & pietatis Me
cenati, F. Adrianus Hecquetius Atrebatinus,
Carmelita, Theologiae Baccalaureus,
S. P. D.

Diuus Paulus in priori ad Tessalonicenses E
pistola dum de dormientibus non nihil tra
ctat, bis nos consolatur, primum & luctum miti
gat, & fidei robur addit, quippe sic ait: Nolo vos
ignorare fratres de dormientibus, vt non contri
stemini, sicut & cæteri qui sp̄e non habent. Dein
de solatiij materiam aperit, sic concludens: Itaque
cōsolamini inuicē in verbis istis: locus est cap. 4.
Hinc factum est, vt hac Ægloga extemporario poē
mate edita, nihil aliud docere videar, quā oportere nos
& patiēter, & moderato luctu, non mo
dò huius illustrissimæ Hispaniarū Regine, sed &
piorum

piorum omnium Christianorum mortem ferre.
Argumentū hoc meo ingenio familiariter mo-
tum ac tractatum, tua Humanitas hilariter reci-
piat: quod fiet si non tam stylum, ipsū, quā
hunc meum animum, qui ociosus dormi-
re non potest, prudens, ac meo Apol-
lini fauens inspexeris. Bene vale.

Louanii, anno à Virginis

marris partu, 1555.

III. Calendis Au-

gusti.

Hecquetius tuus.

94
EGLOGA LVGVBRIS QVA SE-
renissimæ Hispaniarum Reginæ hoc anno 1555.
vita defunctæ mors plangitur, Authore F.
Adriano Hecquetio Atrebatino Car-
melita, Theologiae Bac-
calaureo.

Huius Eglogæ interlocutores sunt,
Faustus ac Marcus.

FAVSTVS.

MArce quid esse domi iuuat hac æstate serena?
Fumosissq; animo subtristi hæere caminis?
Quin pecus hoc læguës maturius aëre purgas,
Atq; nouis recreas herbis? hic florida prata
Tot tibi sunt, tot agri lata regione virescunt,
Vt nihil esse queat, vel iure ingratius ista
Desidia, & nolle his rebus presentibus vti:
Nam si quando cadat nimboso ex aëre nobis
Aut pluuia, aut imber, quo lædi nolumus, ecce
Et syluæ & nemora ostendunt sua tegmina, densis
Frondebis atq; vmbri, & oves requiescere possunt
Paulisper, dum nos tuto seruamus asylo.

MARCVS.

Sincero ex animo loqueris, tibi lætior annus
Floret, & est tua fors melior, Fauste optime, nostra.

FAVSTVS.

Cur tibi subsiliunt lacrymæ? quæ causa doloris?
Cur solitò frons est tibi tristior? an tuus iste
Perpetuò poterit vultus squalescere tuus?

MARCVS.

Vis dicam ne te remorem? nec iure filere
Possum, sed prius hic vsquam sedeamus in vmbra,

Nam

Nam mihi mēbra tremunt, minus quasi mortua luctu,
 Nec cibus est ullus, nec potus, ut antea, gratus
 Ori, atq; insonnes oculi perducere noctes
 Coguntur, mihi nulla rosa est nisi spina, nec ullus
 Naribus arridens odorem, hae quas teris herbae
 Quamuis sint tenera, ac virides, florumq; feraces,
 Nil mihi latitiae pariunt, sed tristis & annus
 Et locus, & lectus quiuis nunc esse videtur.
 Sancta gregis mater cecidit, mors obruit illam,
 Nec tantae dominae, lex eius iniqua pepercit.
 Quid dicas? quod sic reges per fata premantur,
 Nec possint populis hoc viuere tutius orbe?
 Quid decus Hispanae gentis, cur nostra relinquis
 Arua? alto nimium te deslet Iberia luctus
 Verum ne videar diis velle resistere summis,
 Audi quam sanctos mores Regina tenebat
 Quondam, dum nostris communibus esset in auris,
 Prima salutis erat cura, & studium, nihil unquam
 Pulchrius ac melius dixit virtutibus esse,
 Et quamuis vnae corpus sub Sole subisset
 Communi, & solito extarentq; sub aëro membra,
 In celso mentis studiis habitabat Olympo,
 Atq; animos vigilēs sursum attollebat ad astra.
 Illecebris nec victa fuit, nec fraudibus aui.
 Is verè est generis splendor, virtute parentes
 Et pietate sequi, probitate propago relucet,
 Se totam Christo dederat, precibusq; frequenter
 Inuigilans, templis affixa, arisq; sacratis,
 Erummas huius vitæ fallebat, & horas
 Diuinis rebus tantum dabat, otia nunquam
 Complectens, nec inutilibus studiisq; iocisq;
 Incubuit, quid plura sequar? scelus omne remouit

E fin-

E sincero animo, nec peccatus ritè quietum
 Esse fatebatur, si quid vitii superesset.
 Hinc factum est ut pax æternum interna foueret
 Totum animum, lætosq; dies, sanctosq; videret.
 Lætitiæ è pietate oritur, mens sordida luget,
 Nec veram pacem, nec habet mens spurca quietem.
 Religionis erat sanctæ purissima cultrix.
 Legis semper amans, diuos virtute colebat,
 Atq; ut liberius pietati tota vacaret,
 Vtq; orbis fugeret contagia noxia fluxi
 Selegit quadam vrbe locum, quo viueret instar
 Illorum, qui contemptis pulsissq; prophanis
 Rebus, se totos Christo diuisq; dederunt.
 O quanto feruore animi, de Numine, cœlo
 Ac diuis, nobis presentibus, ore locuta est?
 Quis timor hic? quis honor? nunquam reuerentia dictis
 Defuit, ò quoties vel opem porrexit egenis,
 Vel doni prælargi aliquid? quam pinguis in agris
 Grex per eam valuit? quam felix vixit ouile?
 Si quid spinarum aut lolii vitissset agellos,
 Id digitis euellebat, sterilesq; myricas
 Si fors an genuisset humus, vel mania quadam
 Semina vel frutices, rescabat talia passim
 Germina, ne validis gregibus morbum adderet herba
 Noxia, ne macie extinctum langueret ouile.
 Luxurians ager omnis erat dum viueret, atq;
 Fœnore cum multo messes toto orbe redibant.
 Botriferis nasci vidisses vitibus omnem
 Mellifluum, & suauem per rura feracia Bacchum,
 Vis dicam? per eam fuit omnis Iberia diues,
 Fœlix ac pinguis per eam gens floruit omnis.
 Nutrix pacis erat, populi lux vnica, verum

Et

Et decus, & splendor totius, & orbis, & vni.
 Nemo fuit qui non hanc toto pectore amaret.
 Huc velut adductus candore illius amico,
 Nulli mortali illata est iniuria ab illa.
 Quem laetit Regina vnquam? quem verbere, verbo
 Voceq; percussit? quis in illam iure querelam
 Moverit, haec speculum probitatis, normaq; certa est.
 Huius sancta sequi vestigia qui velit apte,
 Rem faciet dignam incorrupto milite Christi.
 Ergone causa datur luctus aequissima nobis?
 Quid censes? decus extinctum num iure dolemus?
 Id quoq; ne fileam, tulit alio nobile pignus
 Regia Romulea nunc sceptram in sede gubernans.
 Carolus est nomen, cuius per sidera & orbem
 Fama volat, cuius virtus clarissima floret,
 Hoc pastore nihil diuinius, integriusq;
 Cingitur illius triplici frons tota corona.
 E flauo confecta auro variisq; lapillis.
 Nos hic e tenui scirpo, vel floribus, herbis
 Pluribus, atq; rosis ruri connectimus arte
 Serta, vt honore aliquo praecingat tempora, verum
 Quid precii decus illud habet, nos rustica turba,
 Vix centum seruamus oues, pastoribus illis
 Quorum conditio est grauior, qui legibus orbem
 Praeceptis & iure regunt, insignia prorsus
 Aurea conueniunt, & honor tunc maior habetur
 Quo status est maior, talem tulit ac dedit orbi
 Pastorem, bonus est fructus, bona quem parit arbor.

FAVSTVS.

Dic queso multos vidit Regina decembres?
 Lustra quot atq; annos ante haec sua fata peregit?
 Id narra, arrectas aures dabo, discute somnum.

MAR-

Annos non teneo, sed iam grauis ipsa senectus
 Per rugas faciem sic fregit, vt illa videri
 Aetates posset varias superasse. quid oro
 Clarius est, quam nobilis & veneranda senectus?
 Heu loquor expertus, quod nos diuturnius illis
 Vimur, ex quorum blando candore fouemur,
 Hoc plus mœroris discessus tristior adfert:
 Hinc dolor erumpit nobis sedandus ab arte
 Nulla, crede mihi, nec enim mens vlla quiescit.
 Audierit quamuis numeros cantantis amici,
 Saepè vel inuicto mœror nos conficit ense,
 Nec Sophiæ reprimi, vel legibus altior ille
 Posset, fatiloquos versus, sacrosq; poetas,
 Aut oratorum linguas, & fortia scripta
 Eumcens, furor est animi atq; insana caeca.

FAVSTVS.

Quo vita est melior, tanto preciosior est mors,
 Et plangenda minus, Christus, diuiniq; propheta,
 Totq; patres pleni diuino flamme, fato
 Concescere olim, quâ possumus ire supernas
 Ad sedes? qua stelligerum penetrare ad Olympum,
 Quam per iter generi commune atq; vtile nostro?
 Mors praedura pios non laedit, nec pietati
 Detrahitur quidquam, vel mortis viribus, illa
 Subuehit ad superos animas virtutis amantes,
 Et finem imponit ceptis sudoribus. ô quam
 Grata venit sanctis & honestis mentibus: ô quam
 Felix mors illis, & quam vel amica vocanda est,
 Qui Christi leges seruauerunt, criminis hostes
 Improbulo fontesq; grauat, perturbat & virget
 Horrore ingenti, quorum tamen impius orbis,

N

Cen

Ceu plenus sordet, vitium qui fertur ad omne.
 Sape ego complures vidi, qui Tartara, & Orcos,
 Cerberosq; focos, Plutonis cornua nobis
 Narrarent, & quam cacodæmonibus grauis ignis
 Pœna sit, infernasq; cruces prompto ore referrent,
 Sed nihil est, si quis de rebus talibus aptè
 Dixerit, vtilius fuerit pietatis ad vsus,
 Adq; probos mores velox conuertere pectus.
 Hæc doctrina tuæ infideat sanctissima menti,
 Teq; horum meminisse iuuat, mortem esse timendam
 Illis præcipue, impietas quos sordidat, & qui
 Numinis irident leges ceruice rebellis,
 Propterea ad meliora animos flectamus oportet.
 Si post fata frui felici sede velimus.
 Inspice quotquot habet mundus doctissima scripta.
 Id facile inuenias, fuerit neq; enim labor ingens
 Nosse pia leges vitæ, nam vita velut mors,
 Et vana & cæca est prorsus, quæ cognitione
 Lumini æterni caret, & quæ turpiter errat.
 Assuetis immersa malis, recti inscua, rebus
 Terrenis fluxisq; vacans, feliciter ergo
 Has liquit terras pia Princeps, cuius honestos
 Claros ac sanctos mores testantur vbiq;
 Mortales, felix Regiæ est mens pia, felix
 Illa nimis, cuius famam mirabitur omnis
 Posteritas, cuius passim quoq; nobile nomen
 Viuat in historiis, duro quoq; marmore scriptum.
 Siste tuos fletus, suspensâ subtrahæ, dicto
 Audi, nec culpes fortunæ tela, nec artes.
 Scis quid agendum sit, causa hæc tibi iusta dolorem
 Examet, est nobis mortaliibus emoriendum.
 Dicat naturæ quod mors inimica repugnet,

Si

Si quando iuuenes viridi rescamur in æuo,
 Et dum iam primos tenuis manus induit vngues.
 Verùm quid commune magis, quàm tempore certa
 Vltima fata pati, & fluxæ valedicere vitæ,
 Dum senii grauitas curuos descendit in artus,
 Et dum vis virtusq; suos ceu mortua neruos
 Linqvit, & insansis rugis plenissima frons est?
 Naturale mori est senibus, nam quid iuuat orbem
 Iam tremulis pedibus premere, & misero aëre naves
 Pascere, si nihil est animo nisi triste theatrum?
 Et lachrymæ, & mæror, luctusq; perennis & horror?

MARCVS.

Non est te quisquam è mortalibus aëre in isto
 Matori ingenio, lingua meliori, & amico
 Pectore credo magis, vincis sermone Camœnas
 Vergilii, nec te Cicero facundior extat.
 Sentio tristitia detractam è pectore partem.
 Si mihi per cælum detur, per tempus & auram.
 Si quoq; paulatim mihi cura domestica toto
 Decreſcens animo, me lectum reddat & agnos,
 Huc ego iam macras adducam sæpe capellas.
 Huc & oves reliquas cogam, nos ambo sub vlmis,
 Aut patulis fagis lati lateq; loquemur.
 De rebus vitæ humanæ, quas cardine quodam
 Præcipiti volui, circumferriq; videmus.
 An sophiam didicisti vsquam? nam dogmata veræ
 Aurea diffundis, sed nec satis esse videtur
 Languescenti animo: si quid potes effice, ne vel
 Tristitia meminisse queam, nam funera, fata,
 Pallada mors me concutiunt horrore frequenti.
 Optarim vt nunquam mortis torqueret imago.
 Hanc animi pacem, ne funeris vllius vnquam

N 2

Esse

AEGLOGA

Esse memor possim, nam fertur spectra videri
 Nonnullorum oculis, si quid mihi tale veniret,
 Redderer exanimis, nec mens supereset in ipso
 Corpore vel toto. Quid respondebis? & arte
 Qua tandem nostrer poterit mitescere luctus?

FAVSTVS.

Erras Marce nimis, defunctorum meminisse
 Nos decet: & lachrymis cur non testemur amorem
 Saltem aliquem, qui nos communi iunxit in aura
 Quondam? sed videas ut sit sine crimine luctus,
 Ne Domini offendas bonitatem, quippe videre est
 Multos qui mergunt oculos his fletibus aegros.
 Plus adsit fidei credas Christum esse potentem,
 Qui vocat & reuocat praecepto quidquid in orbe est.
 Illius sit grata tibi diuina voluntas,
 Sic mentem substerne tuam, caligoq; caeca
 Perfidiae non te tegat, o si gaudia nosses
 Coelica, quae nobis Numen coeleste parauit.
 Gloria quanta sit electis, quam florida vita,
 Quam suavis cibus ac potus summo aethere verè
 Nos manet, & quae delitiae, quam splendida merces
 Christiadum generi euenient post tristia fata.
 Hac de re forsitan dixisses plurima, nec te
 Tot lachrymis immersisses, nam turbine & umbra
 Tam miseræ vitæ Regna erepta perenni,
 Perfusa est splendore poli, neq; enim illa reuertì
 Huc cuperet: nam qui faelici sidere portum
 Occupat, haud rursus vult se miscere periculis.
 Nunc tamen oranda est Domini pietas, ut ad astra
 Hanc animam cum coelesti agmine subuehat, ut sit
 Libera, ne quid ledat purgatorius ignis.
 E precibus fluit utilitas, oratio valde est

Frugi-

LVGVBRIS.

98

Frugifera, hæc viuos seruat redditq; quietas
 Defunctorum animas, iuuat hæc in gurgite Ponti.
 Eximit è bello miseros, flammascq; crepantes
 Extinguit, cogit multos exire sepulchro.
 Hæc hostes reddit contentos atq; leones
 Lædere ne possint cen freno stringit & vyget.
 Hactenus at satis est dixisse poemate tristi,
 Quod nobis animi suggestit squalidus horror
 Grex herbis grauior sensim redit, ambo legamus
 Delicias & opes naturæ, quas dedit aetas,
 Ne velut absq; onere, & vacui redeamus in aedes.
 Arbuteos factus, fruticum quoq; germina carpan.
 Corna rubent, nimio sunt fissaq; mora calore.
 Hic aliū fructus nascuntur & optima fraga,
 Sed dum nos tenet hic affixos copia rerum,
 Dum tot delitias digitis decerpimus, ecce
 Se Phœbi retrahit facies, tenebras leuis aër
 Induit, & recipit noctis vestigia recta.
 Esse reuertendum maturè postulat huius
 Temporis infelix status, en nunc Hesperus vmbra
 Adfert, abducamus oues, reuocemus & agnos
 Iam saturos, plenosq; domum, cras spero recurram,
 Cum multam lucem Sol sparserit, huc quoq; ne quid
 Me fallas, grege collecto reuola, scatet aruum
 Floribus atq; herbis, nec crede feracius vllum
 Graminis esse queat, viridè sub fronde iacentes,
 Fallemus tristem fortunam, horasq; diesq;.

ÆGLOGÆ FINIS.

N 3

CLA-

Orati-
onis vis
ac vtili-
tas.

CLARISSIMÆ HISPANIARVM

Reginæ hoc anno. 1555. è communi hac au-
ra ereptæ, Epitaphium Authore F.
Adriano Hecquetio, Carmelita.

Mortales dum tot vitæ subière labores
 Restat, vt extincti morte tegantur humo.
Nec quisquam est tantus princeps, qui stætere fati
 Auro vel precibus ferrea tela queat.
Hic positum tandem deplangit Iberia corpus,
 Hic flet Reginæ condita membra sua.
Illa quidem multos vidit sub Sole decembres,
 Sed tamen æternum viuere digna fuit.
Nam nihil optauit viuens ardentius vnquam,
 Quam legem Domini, iusq; tenere sui.
Vnica religionis erat sanctissima cultrix,
 Lucidus ac splendens vnicus orbis honor.
Hispani, Flandriq; simul lugete, sepulchrum
 Sit madidum fufis, ius petit istud, aquis.
Sed tamen vtilius fuerit mœnore represso,
 Pro felici animæ ferre salute preces.
Det Domini pietas, vt cœlesti æthere viuat,
 Æterniq; Poli lumina, salua colat.

¶ Duo adhuc alia conscripsi hac de re Epitaphia,
quorum alterum versibus Latinis, alterum
Gallicis constat: qui ea desiderat, li-
brum meum Gallicum, cui titu-
lus est, Anni. Curriculus,
 euoluat.

AD

AD DOMINVM ATREBATEN-⁹⁹
sem F. Adriani Hecquetii distichon.

*Belgarum immortale decus, doctissime Præsul,
Hoc carmen nostræ rusticitatis habe.*

¶ De hoc eodem præclaro Domino D. Antonio
Perrenoto Atrebatensium Episcopo F.
Adriani Hecquetii, distichon.

*Florida, felix est Arthesia, Præsule tanto
Dicenda est titulo terra beata suo.*

SERENISSIMÆ PRINCIPI MA-
riæ Hungariæ Reginæ, & harum regionum, Bra-
bantia, Flandriæ, Arthesiæ, Hannoniæ, & c. cir-
cumspectissimæ humanissimæq; Guber-
natrici F. Adrianus Hecquetius Atre-
batus, Carmelita, humile
offert obsequium.

Salue præclaro Regina è stemmate nata,
 Salue Burgundæ gloria summa domus.
Tu virtute proba es, vel Iudith vincis, & omnes
 Carmimbus vates quas cecimere deas.
Tu decus es Flandris, tu splendor es vna Brabantis,
 Te colit Arthesi gens generosa soli.
Te præclari Anones multi venerantur honore,
 Hollandus populus te quoq; totus amat.
Obsecro quis nostro mortalis viuuit in orbe,
 Tollere qui nolle nomen ad astra tuum?

N 4 O vtina:ns

O vtinam innumeros felix perduret in annos
 Regina, aeternos digna videre dies.
 O vtinam tibi Nestorem stet vita per aeuum,
 Faemina qua populis non fuit utilior.
 Versibus his finem facio, vale nobile germen,
 Flos, decus, & nostri temporis vnus honor.

IN EOS QUI INVIDIA AC
 liuore moti in immerentem cani-
 num & trucem stringunt
 dentem.

INuide dens hominum, dens impie, saue feroxq̃.
 Cur laceras sanam, dens sceleratè, meam?
 Dens cacodaemonia, tu credo paratus ab arte es,
 Tela tua vt laedat lingua tricuspis, habet.
 Dens furis peior, nullis compeferis herbis,
 Nullo extinguendus dens furiose foco es.
 Sunt gladii atq; enses quos ars admota retundit,
 Sed flesti rabies dens tua saue, nequit.

AD INVIDVLOS QVOSDAM
 qui eodem in scamno confidentes, quod
 imitari non poterant, naso temere
 calumniabantur.

INuiduli quos vna tenet tritissima sedes,
 Ora precor frenis claudite vestra suis.
 Serpentum est, non est hominum tam spurca venena
 Fundere, cur latrant inuida turba canes?
 Inuida turba canes, cur meq; meamq; papyrum
 Mordent atroci turpiter ore suos?

Desinite

GRATIARVM ACTIO.

109

Desinite insani innocuas conuellerè Musas,
 Aut in vos calamum stringet Apollo suum.
 Agro fert animo talpa inuida, garrula gestet
 Quod cornix oculos corpore nigra duos.
 Conqueritur demens hostis quod fortior armis
 Hebraeus gladios fecerit are suos.
 Improbus agrè fert, & ob id malè murmurat anser,
 Quod nivea pulcher veste tegatur olor.
 Inuidet & fusco leuiuscula musca leoni,
 Quod sit is in pugna fortior hoste sua.

HIC AMPLISSIMAS DEO

Optimo Max. F. Adrianus Hecquetius
 refert gratias, quod eius clementia
 ab inclemente diroq; hoste atq;
 è quodam periculo clemen-
 ter & liberatus sit
 & seruatus.

Diuinus ille Psalmographus coelesti tuo
 afflatus spiritu, hoc per breui versiculo,
 qui est Psal. 40. immortales quasdam
 ac maximas tibi Deo Optimo Maximo gratias
 refert, quod saluus ac intactus paratas feri sui ho-
 stis infidias, minas, machinas, ac laqueos euice-
 rit: hæc nimirum est lata eius vox, In hoc cogno-
 ui quoniam voluisti me, quoniam non gaude-
 bit inimicus meus super me. Hoc iudicio clarif-
 simo que argumento deprehendi, quod & mihi
 esse clemens misericorsque velles: & me, quan-
 quam multò indignissimum in eorum album
 gregem que suscipere, quibus aeternum illud no-

N 5 men

men extollendi tuum, ob innumera tua beneficia, amplissima data est occasio ac materies. In hoc cognoui, quod non sit vlla alia tam grandis natio, quæ sic habeat deos appropinquantes sibi, sicut tu vnus ades nobis, qui es verè Dominus ille in circuitu populi tui, ex hoc nunc & vsque in sæculum. Immittis quippe Angelorum tuorum vires ac manus in circuitum timentium te, vt eripias eos: atque sub dulci alarum misericordiarum tua vmbra, nos tegis, protegis ac defendis, sicut gallina congregat pullos sub alas, & eòs confouet, ne ferox miluus in implumes ac inermes durius sæuiat: sic te tuorum defensorum ac propugnatorem inuictissimum & Heliseo & eius famulo timenti turbinem ac furorem hostium, modo admirabili ostendisti, sic te liberatorem experti sunt, tres illi pueri tui, Domine, qui è camino ignis illæsi egressi sunt, laudes tibi alacriter concinentes. Sic Danielem mitissimum immitibus leonibus vndique circum, mitissimus seruasti. Per te lapidum iniurias effugit & senum mendacia euicit innocens Susanna. Piscem prægrandem tuo Ionæ quondam præparasti, vt in eo non minus tutè seruaretur, quam iustus ac pius Patriarcha illerius Noè in Arca sua lignea, inter vehemētissimos vndarum furores olim seruatus est. Quoties ad te supplices confugere Israelitici illi tui, & abs te benignè suscepti sunt, qui vnus ille Pater es misericordiarum, ac Deus totius consolationis, qui nos in omni nostra molestia

con-

consolaris. Inter tot inimici Philisthei iniurias seruatus est populus ille sapius, toties è periculis exiit saluus, & qui iure optimo ad splendidum illum maiestatis tuæ thronum lætus accurrens hunc versiculum clara voce proferre & potuit & debuit. In hoc cognoui quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Quos & quantos laudum gratiarumque odores ante diuinos tuos oculos, patres illi tui famuli effuderunt? Dicebat Israel: Sape expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt nocere mihi, & illud: Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Quippe nisi, & in nobis, & pro nobis fuisset propugnator, dum exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutiissent nos. Haud me laet quibus ac quàm variis modis, & quoties per te salui facti sunt patres illi nostri, dum eos immanis Pharaonis exercitus, iam veluti ante victoriam triumphum canens sequeretur. Deinde dum serpentum moribus miseri infestarentur, dum etiam diri Holofernis formidarent fauitiam, denique dum tot infortuniorum telis ac tumultibus exponerentur. Quid ergo hic nõ sperem abs te, qui fidelis es, & qui te ipsum negare nõ potes? qui inq̄ nõ permittis nos tertiari supra id quod possumus, sed facis cū tentatione prouetum, vt possimus sustinere. O Deus cordis mei, ò Deus pars mea in æternum, quoties, quoties inquam, ab eo die quo de me infanulo dictum est: Homo natus est, quoties quæso, ò Domine,

ð Domine, ab eo die, me & seruaſti, & defendiſti, & conſolatus es. Quàm benignè primū aluiſti me, faſciolis inuolutum ac vagientem in cunabulis, alioqui fame periturū vrgētīſſima? Auer tēte enim te faciē tuam, omnia turbantur & omnia abs te expectant, vt des illis cibum in tēpore oportuno. Aperis tu manum tuā, & implet omne animal benedictione. Quoties veſtiſti ac rexiſti corpusculum hoc meum, alioqui vrgētis frigoris vi & iniuria extinguedum? Quoties docuiſti me à iuuentute mea, per illum tuum cœleſtem ſpiritum, qui teſtimoniū reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filii Dei? Beatus quippe eſt, quem tu erudieris Domine, & quem de tua lege edocueris: alioqui vixiſſem canis immundus, vel amica luto ſus, fuiſſemque tanquàm corpus ſine pectore. Nā vanus eſt omnis homo, in quo nulla Dei ſubeſt cognitio, habetque cor perfida obſcuratum cæcitate, nihil aliud quàm haſce vaniſſimas huius inſœliciſſimi orbis vanitates, ſequēs ſomnians, ac pertractās. Qui venti? qui turbines? quæ procellæ? qui rerum tumultus, quæ cœli, terræ, vndarum, niuium, grandinum, & fulgurum iniuriæ in me inſilierunt, ab eo vitæ meæ exordio? Quibus calamitatibus, infortūiis, languoribus, & morbis tentatus ſum? Quibus hoſtibus, quibus machinis petitus? & tamen ex iis omnibus eripuit me tua clementia, ſaluum & incolumē. Tu mortificas et viuificas, tu deducis ad portas mortis, & reducis: vocas ea quæ nō ſunt, tanquàm ea quæ ſunt. Miſericordia meā, & refugiū meū, ſuſceptor meus, & liberator meus. Tot re-
rum

rum tela in me concurrebant, tot furia in me cōſpirabant, & tamen adhuc hodie viuo, idq; ſaluus, & bene proſpereque valens. Hoſtium inſania nulla me parte haſtenus læſit, qua arte id factum eſt? Sanè non meis viribus id contigit, ſed quia voluiſti me: vita enim in voluntate tua eſt. Quid enim vis fons vitæ, niſi vt ſœliciter viuamus? iuuenta mea hoſtium vnguibus non caruit, ſed tunc te verè amicū experta eſt. Si enim pro nobis eſ, quis contra nos? Pone me iuxta te, & quæuis manus pugnet contra me. Deus exercituum eſ, verè omnipotens à nulla priori pendens cauſa, ſed ſimpliciſſimus is pater eſ, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, & ex quo omnia, & per quem omnia. Non igitur ſentibus ac ſpinis, non aheneo quodam muro, ſed vnica pietatis tuæ armis, me infantulum, primos illos tenellæ infantiaſ ingreſſum annos: me iuuenem, in florenti iuuentutis æuo: me denique iam virilem perductum ac euectum atatem fortiſter muniſti, ac circuncinxiſti. Venit tui oculo nō expectatus Goliath, & inſiliit: ſed venit, inſiliit, & vidit: at non vicit. Nam nō eſt fortitudo, conſilium, aut ſapientia, contra arma tua; Domine virtutum, rex meus, & Deus meus: ne vnus quidē paſſerculus, niſi permittas, ſuper terram cadet, cui cura eſt de omnibus. Beatus vir, cuius auxilium abs te eſt, & cuius vnica eſ ane hora, & maledictum illum vocat verax ille ſpiritus tuus, qui confidit in homine, ac ponit carnē brachiū ſuū. Quid ſupereſſet nobis mortalibus conſilii? quid ſuffugii? quod pateret aſylū, dum in-
uadit

uadit nos inimicum hostium iniuria, nisi te in hanc arenam inuocaremus adiutorem & pugnatorem? Quid in viribus nostris spei, dum quis atrox & sauis inuidiaë flammis succensus hostis, nos inermes inuadit: maximè si is qui amicus videri volebat, & frater vocari specie, ac colore ouili, niueoque, lupum intus tegat rapacissimum, & vulpem sinu contineat? Si inquam is hostem se apertum ostenderit, si inuollet digitis ac vnguibus talis belua, si taurus ille cornu petat, aliquem miserum, actum est de homine, nec restat nisi vt paret animum fortem ad ferendum gnauiter ea omnia tormentorum genera, quæ inuidia secum excogitauit. Seruasti meterna clementia, nec passus es Domine, famulum hunc exilem ac tenuem tuum, talibus immergi malis, filisque, ac hisce diris retribus illaqueari. Per te enatauimus è periculo, per te reuiximus. Sed ô Pater cœlestis, precor te, qui fit, quod inuidia tam noxium mortalibus sit monstrum? Vnde hæc libertas? vnde hæc licentia? vnde hoc tantum inuidis ius venit, vt sic noceant? vt sic lædant, & absque vlla lege ac ordine mordeant, persequantur, exagitent, & perdant humiles tuas creaturas? Quid horrendius eo spectaculo, dum aliquem inuidum inuidia ad arma mittit? dum naribus, oculis, ac genis commotis ac perturbatis non expectatus irruit in immerentem, dum infectum faciei ruborem, quem luxu, absidua ebrietate, Venere, & brutali voluptate multis annis antea cōtraxerat, in pallorem vertit, ac immutat: sic inuerso truciq; vultu nihil aliud

aliud declarans, quam instar tigridis cuiusdam le succum, sanguinem, venas ac neruos illius sitire, quem vanatur, & quem optaret iam laqueis irritum, vt eum miserè discrucias inuido suo satisfaceret animo. Sed in hoc cognoui, quoniam voluisti me, quoniam nō gaudebit inimicus meus super me. Pio Isaac inuidebant Palæstini, innocētem Ioseph torfit inuidiaë tyrannis, & eodē tādē prorupit liuor, vt à suis fratribus in lacum ac foueā inclementer demitteretur: sed cū eo, tu summa ac aterna sapientia descendisti, & in vinculis à te relictus non est. Durus Saul oculo inuidenti, sanctū Dauidē haud rarò intuitus est. Danielē tot mysteriorū sacundū interpretēs, per inuidiaë rigore principes & satrapæ immeritò affligerunt. Multorum hominum consortia perturbant, dissecant, diuidunt, distrahunt: & ad furiosos dementiaë tumultus aliquoties redegerunt ira, rixa, dissensiones, zelus, cōtentio, & inuidia. Collegit aduersus te innocētissimū Iesum Christum inuidiaë autoritas suū consiliū per Pharisæos, eadem Chimera. Hæc, inquam, ferox inuidia, te quoque cruci affixit. Petrus, vas electio nis Paulus, Stephanus, aliiq; tibi deditissimi cliētes ac famuli, inuidiaë spicula patienter tanquā oues quadā occisionis, existimatiq; huius mūdi peripsema, in nominis tui gloriā pertulere. Beatus enim, quem hoc igne probaueris ac purgaue ris, quoniā vitæ coronā latus tandē accipiet, quā te diligentibus clemens præparasti. Diras hostiū quidem iniurias sub hoc Sole ad tempus patimur, sed tempestatem misericors in auram tranquillam

GRATIARVM

quillam vertis. Infaniunt, allatrāt, infiliunt, mordent, cōculcant nos canes inimici: etiam & si me occiderint, in te sperabo. Non enim in meis viri- culis, meæ spei fita est anchora, sed in te qui fuscitas mortuos, & qui ipsa resurrectio & vita es, eri- gens contritos corde, & alligans contritiones eorum. Transiit sacerdos, trāsit leuita, rēlenis Sama- ritanus inungis vulnera hominis languentis ac semiuui, mortique extremæ proximi, ita vt con- fidēti dicam animo: Dominus mihi adiutor, nō timebo quid mihi fecerit homo. Nec altitudo, nec profundum, nec gladius, nec cacōdæmon vi- lus, mihi vel è cranio quamlibet exilem pilum vi- euellere potest, si me alarum tuarū abdideris um- bra. Frustra nitūtur hostes me & honore & gra- du & gloria spoliare: nam gloria virtutis meæ tu es, & exaltans caput meum. Nihil agunt dum celebrem nominis mei famam conantur abra- de re. Nam qui iudicat me, tu vnus es animorum iu- dex, in cuius lumine nihil non apertū patet. Gre- gatim concurrant vt lædant, grauent ac durē tor- queant, hunc tuum famulum, quid frugis repor- tabit eis sua iniuria? Veniat illis laqueus, quem i- gnorant, & captio quam abscondunt apprehen- dat eos, & in laqueum cadant in idipsum: ani- ma autem mea exultabit & delectabitur super sa- lutari tuo, omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi? Eripiens in opem de manu fortiorū, egenum & pauperem à diripiētibus eum, in hoc verē cognoui quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Quando quāto gaudet super me inimicus? quando sibi applau-

ACTIO.

104

applaudit hilans? Certè dū quē venabatur irreti- uit, dum vi vnguis læuauit miserū, tunc gaudet hostis, tunc inimicus canit ac clamat: Io triumphā, Decidit in casses præda petita meos, vicim⁹, deuorabimus eum. O voces impias, o tyrannica pectora, itane permittis Domine, vt seclerati gau- deant, cū malē fecerint, & exultant in rebus pes- simis? Qui sit, quod tua bonitas illis & pluuiam & rorem, & Solis radios æquē vt aliis qui piē vi- uūt, elargiatur, dum sic conuies ac elemēs eorū dissimulas impietatem? Non gaudebit inimicus meus super me, quia tu super me es: & circa me, quia læua tua sub capite meo, & dextera tua cō- plectitur me, & quia sapientia vincit malitiam: confundis enim hominum quorundam cogita- tiones, quia vana sunt, nec pateris vt absoluant, quod eorū cœpere manus. Mulierem breui pa- rituram draco persequebatur, sed ea iam in tutū locum recepta ac deducta, flumen etromer furo- re commotus incredibili. Nero satius leo, hianti & aperto ore enitebatur Paulam absorbere vi- uum, & videntem, sed seruasti tunc semel famu- lum tuum, prorsus illæsum: Satanā expetiit vt discipulos cibraret, sicut triticum cibratur, sed quos tibi pater dederat, oratione, ac tūc merito- ritō seruasti. Herodes Petrum erat in spectaculū publicū producturus, vt crudelibus Iudæorū sa- tisfaceret animis, sed angelus tuus piū Apostolū ex impia eripuit manu, ac tyrānide. Sic o miseri- cors pater, mecum aliquoties egisti, & in hoc co- gnoui, quoniam voluisti me, quoniam non gau- debit inimicus meus super me. Quam fœlicem,

O

quam

quàm beatum se predicasset, si me captum in sua retia potuisset vi pertrahere? Quàm piguis, quàm bene curata cute vixisset Epicuri de grege porcus? Addidisset adhuc ad spurcissimam faciem suam plus satis aliqui colore pictam sanguineo, & aliorum quendam gradum, ac maiorem, intensioremque ruboris qualitatem: nam eam ob causam latius ac largius potuisset ebriosa hirudo. Gryphes in equos trahunt, canes in damas, lupi in arietes, oues & agnos, feles in mures ac lorices. Cur homo in hominē tā crudeli insurgit pectore? Cur homo hominē odit? Cur Saul qui inter prophetas sibi se esse aliquid videbatur, ipsum Dauidē Prophetā & piū & innocētē trucidare, suffocare, extinguere, abolere demēnitur? sed optimo iure hoc versiculo quoque is tuus Dauid amplissimas tuæ bonitati reddit ac refert gratias, dū se ē tot hostibus insidiis ereptū ac liberatū ali quando conspiceret, In hoc cognoui quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Est igitur quod in te gaudeam, Domine mel meum & saccharum, vnica latitia mea, suauitas & delicia, est quod in te gaudeam, quia super me nō gaudebit inimicus. Aperuit puteus super me os suū. Quis enim est ille puteus, nisi hostis mei guttur? quod sepulchrum patens recte dixerit, eō quod lingua sua dolo se egerit, et quod ille sedens aduersus fratrem suum & filium matris suæ locutus sit, ac scandalum posuerit. Noluit tu qui cōpeditos soluis, vt me captā prædā secū trahēs super me gauderet, at ē contra factū est, vt ille ignominia perfusus, inuitus, do-

lens,

lens ac tristis ad locum suū remearet. In hoc ergo cognoui quoniam voluisti me, quoniam nō gaudebit inimicus meus super me. Voluisti me vt tuū seruare, ne miluus me raptum vnguibus ac dentibus discerperet, laceraret, ac voraret: qui quasi turbo ad disperdendum me venerat. Sicco pede per mare Rubrum populus ille tuus Israël olim transmissus est, idque duce Mose: præterea & Iordanis alueus veluti fugit, viamque & siccam & tutam, & patentem eidem tuæ familiæ reddidit, & hoc tunc præfidente, quem constitueras pio ac magnanimo Iosua tuo. Simili planē remedio, mihi quāquā lōge indignissimo & opē porrexisti, & adiuuisti. Hiante ore leo paratus ad prædam, oculos mirē toruos exerens, ac genas ferdido infectoque; rubore perfusas, præ ira, furore, ac rabie, videlicet sic succēsas, me inermem ac tanquā implumem inuadebat, spoliabat, ac iam absorbere, vorareque; cœperat: sed subito benedictiōis tuæ radius ē cœlo promicans iuuat me, pietasque admirabilis illa tua, exiguam quandam scapham ac ratem mihi ex tempore adornauit ac parauit, quam huc & illuc discurrens, scilicet sic me ipsum pro virili ex ore leonis, veluti iam prærossum ac semesum excutiens, vitam protinus sum ingressus: & sic cōtigit vt ultra alueū quēdam ac flumē saluus trāsmigrauerim, insaniēte frustra in altera relicto ripa ac parte, fero ac seuo meo leone. In hoc cognoui pie Pater, quoniam voluisti me, quoniam nō gaudebit inimicus meus super me, siquidē ille tristis ac eiulās, vultu squallido, amissa omni præde spe ad uicos domū vngues retulit, ast ego

GRATIARVM ACTIO.

in te seruatore meo, mirum in modum gaudēs,
 hilaris, lætus, ac iucundus, tuum nomen cœpi ex
 tollere, qui saluos facis sperantes in te, ac liberas
 eos de manu angustia, eosque ab homine malo
 eripis. Tu ergo refugium meum, ac virtus vnica mea,
 adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos
 nimis. Propterea non timebimus in die mala, aut
 dum turbabitur terra, & transferentur montes in
 cor maris. Cospirent turbines ac procellæ, infilii-
 ant maris vnda, rugiant leones, concurrant vrsi,
 arma, hostes, furia, cacodæmones, iunctis simul
 telis ac spiculis petant nos, & inuadant: si tu pu-
 gnaueris, facile hæc mōstra vinces omnia. Tu er-
 go spes mea, ac Deus cordis mei, qui me to-
 tius ne noceret leo, hoc est qui tuis ho-
 stis, tuō clemens seruasti hunc
 tuum famulum, illo pieta-
 tis tuæ inuictō pro-
 pugnatulo æ-
 ternum de-
 fende.

FINIS.

106
 EIVSDEM FRATRIS
 Adriani Hecquetii Carmē, iuxta il-
 lud quod est posterioris Epistolę ad
 Timotheum cap. 4. Liberatus sum
 de ore leonis: iuxta quoque illud
 Psalmographi, Psalm. 21. Erue à fra-
 mea Deus animam meam, & de ma-
 nu canis vnicam meam, Salua me
 ex ore leonis. Denique iuxta illud
 quod est Psalm. 30. Educes me de la-
 queo quem absconderunt mi-
 hi, quia tu es prote-
 ctor meus.

*Sæue leo, monstrumq; ferox, ac bellua dira,
 Vnguibus ereptus sum tua præda tuis.
 Te tua qua serues dementia cæca fefellit,
 Est tuus ex propria perditus arte furor.
 Nil tibi profuerat dentes vibrare rapaces,
 Vngues contudit damula capta tuos.
 Victus es, & pugna retulit tua præda triumphum,
 Author es insidias obrutus ipse tuis.
 Fortè patrum turmas Ægyptiæ castra gregatim
 Armatis manibus dum voluere sequi,
 Ecce mare accurrit crudele tumentibus vndis,
 Quæq; parant aliis noxia damna, ferunt.*

*Tunc mouet insolitos gens sic seruata triumphos,
 Testatur plectris gaudia multa suis.
 Iniusto qui namq; cupit saeuire furore,
 Atque aliquem inuentis artibus opprimere.
 Sæpius in laqueos quos fecerat incidit, & se
 Inuoluit propriis iure peritq; malis.
 Qui noua sinxerunt tormenta necantur in illis,
 Et crebrò inuenta caditur arte manus.
 Occidit Samson crudellem, virtumq; leonem,
 Multaq; de caeso corpore frustra dedit,
 Nec læsit vatem Danielem turba leonum,
 Inter eos vixit saluus, vt inter oues.
 Et quanquam immanis Paulum leo ceperat olim,
 Hostis at euasit liber ab ore sui.
 Sic quoq; qui voluit me crudeli ore vorare,
 Vno non potuit dente nocere leo.
 Pinge ora & faciem, insolitoq; nouoq; colore,
 Pallida sit tua frons que fuit ante rubra.
 Horrendos toruosq; oculos sub vertice muta,
 Verte tuos vultus, pectora, verte tua.
 I, venare alium, perit tibi spes tua de me,
 Sed tu Tartareo es præda futura foco.
 Nam nisi peniteas vitæ, scelerumq; tuorum,
 In te supplicium Numinis ira feret.
 Peior es Herode, innocuos affligis, & vrges,
 Nec lex est vitæ, nec ratio vlla tua.
 Sæue leo, ac immite animæ, depone furorem,
 Sic agnus mitis, non leo dirus oris.*

Hoc

107
HOC CARMEN EX TEMPORE

edidit F. Adrianus Hecquetius, dū Bruxellis
 in facello regio nobiles, qui apud Hispanias
 D. Iacobi equites nuncupantur, confidentes
 forte cōspexisset, vbi & ipse rex Philippus sua
 præsentia eum ordinem honorabat.

*Q*uanam religio hæc? qua cædida turba virorum?
 Quod genus & germen? quis status ille sacer?
 Verè hic ordo pius cælesti è lumine fluxit,
 Et trahit è fausto sydere principium.
 Antiquum genus est hominum, clarissimus ordo est,
 Qui precio toto non caret orbe suo.
 Hunc Comites, clariq; Duces profitentur, & illi
 Quos dignos tanto fecit honore genus.
 Quàm pulchra est vestis, candens, cruce tincta rubenti,
 Quam decet, hæc equitum iuncta caterua simul.
 Hic rex illustris multa pietate Philippus,
 Temnere rem sanctam, ne videatur, adest.
 Hic primam sedem merito occupat, hic sedet vnus
 Inter candidulos dignus honore viros.
 Hic velut ore vno Christum, diuosq; precantur,
 Et pellunt gladiis Turcica tela suis.
 Romani antiqui has non inuenere cohortes,
 Repperit hoc nunquam Græcia docta genus.
 Hic nihil est hostis, quod quisquam carpere possit,
 Hic mordere potest nil furor inuidia.
 Hic nihil est non laudandum, res tota reperta est,
 Vt Christo cedat si quid honoris inest.
 Iure igitur nobis laudetur Iberica tellus,
 Quæ decus hoc multo tempore prima dedit.
 Ordo sacer, multis tua gloria floreat annis,
 Et genus æternum viuat in orbe tuum.

LITERIS ET PIIS MORIBVS
ſpectatiſſimo Domino, D. Rutgero à Taxis Ec-
cleſiæ D. Petri apud Louanium Præpoſito : &
Eccleſiæ Diuæ Virgini matri, apud inçlytam
Antuerpiam ſacræ, vigilantiffimo Præ-
poſito, F. Adrianus Hecquetius Atre-
batinus Carmelita, ſacræ Theo-
logiæ Baccalaureus.

S. D. P.

Vel Ioue ſœlici, vel natus Apolline dextro es,
Sic tua quæ præfers, doctæ vir, ora placent.
Eſt quoq; diuino tibi mens in corpore ſacræ,
Quæ viuum lumen ſyderis miſtar, habet.
Hinc tibi tantus honor fluxit, qui præſidis arcem.
In tam famoſi nominis vrbe tenes.
Iureq; permultum tibi Muſa Louania debet,
Perpetuò verè ſulta fauore tuo.
Sic velut ignotus, te carminis ore ſaluto,
Quis quæſo ignotus, non aliquando fuit?
Si quid amicitie mortalia pectora iungit,
Hæc certè cauſa naſcitur ex aliqua.
Penelope inſigni fuit olim ignotus Ulyſſes,
Hos tandem notos reddidit vnus amor.
Ille vagus Corydon, qui pulchrum ardebat Alexim,
Hunc prius ignotum cepit amare virum.
I breue epiſtolium, & duo candida pectora iunge,
Nectito, fac noſtra vincula amicitie.
Dicq; ſimul ſalue & vale, honor, ſplendorq; Brabantie
Gentis, & audacem ſubtrahæ ab æde pedem.
Nil addas quicquam, ne forte negotia turbes
Publica, non grauis eſt, ſed tua cauſa leuis.

PIA

108
PIA FRATRIS ADRIA-
ni Hecquetii Atrebatini, Carmeli-
tæ, ſacræ Theologiæ Baccalaurei, ad
Clementiſſimum ſuum Seruato-
rem Ieſum Chriſtum precatio, vt
eius fauore ac vnico ſubſidio, tot in-
fenſos ſuos ac pluſquam capitales
hoſtes & gnauiter euincat, & li-
ber, ſœlix ac ſaluus, è tanta
inimicorum, ſiue viſibi-
lès ſint, ſiue inuiſibi-
les tandem erum-
pat tyrannide.

INter huius æui orbisq; mortales, ne vnus
videar omnium hoſtium, fortunæq; omnis
inſultus, ac fulmina, tot hominũ millibus
multò ſœlicitus, videlicet nulla vnquam prorfus
moleſtia peritus effugiſſe: nec iis vlla prorfus par-
te læſus calamitatis, quæ tanquam è communi
quodam diræ alicuius Nemefeos cornu, in om-
nium immittuntur capita. Pie ac miſericors Do-
mine Ieſu, vides quot, quantis, quamq; imma-
nibus hoſtium corporeorum ac incorporeorum
petar ac diſcerpar agminibus: quot, quamq; ſe-
uis aſpidum, anguium, crocodilorum, baſilisco-

O 5 rum,

PRECATIO.

rum, draconum ac serpentum omnium vngui-
 bus, linguis & rostris lacerer infelix, sed tu Deus
 rerum omnium artifex admirabilis, qui me etiam
 hæc ipsa scribentem clementissimo tuo intueris
 oculo, mihi que digitorum emoues articulos.
 Quam tandem ob causam, tanto furore totque
 iam annis diros ac truces inimicorum meorum
 dentes, in me exilem, planeque nihili homun-
 tionem, tuum tamen addictissimum seruulum
 scire passus sis ipse, qui perspicax, ac æterna illa
 lex es sapientiæ; Certius meliusque nosti quam
 ego, qui inertis, supino, stupido, & denique cæco
 prorsus pectore animoque, nec huius orbis rerum
 causas, nec iudiciorum tuorum, imò ne me ipsum
 quidem satis clarè video aut noui, sed obsecro
 quando tandem huic tantæ hostium tyrannidi
 insaniisse sat erit? Quis malorum, quis tempesta-
 tum finis? quis saltem futurus ordo? Itane ego
 inuitis omnibus bonis, genus inter tot tamque
 crudeles monstrorum tumultus, irasque implaca-
 biles, perpetuus instar miseri cuiusdam Sisyphi
 iras infaultissimo voluar sydere? Vsq; quo exalta-
 bitur inimicus meus super me? quadiu ponam
 consilia in anima mea, dolores in corde meo
 per diem? Vsq; quo auertis faciem tuam à me?
 quare oblitus es mei? vsquequo, inquam, exalta-
 bitur inimicus meus super me? Respice & exau-
 di me Domine Deus meus: suauis es vniuersis,
 miserationes tuæ super omnia opera tua, mise-
 rationum tuarum haud vllus est numerus. Oro
 te Deus cordis mei, & pars mea vnica, mea lux
 qui

PRECATIO.

109

qui in hisce confideo, huius tristissimi mundi
 latebris, vnica salutis meæ virtus, præbe mihi fa-
 ciem tuam, tum saluus ero: vox enim tua dul-
 cis & facies tua decora. Eripe me ab inimi-
 cis meis: ab insurgentibus in me libera me.
 Potens es Domine & veritas tua in circuitu
 tuo. Super aspidem & basiliscum ambulas,
 conculcans etiam leonem & draconem. Hanc
 ouiculam tuam è tot luporum, tigridum ac
 leopardorum clemens educito faucibus, ne vl-
 la eius lanæ pars, imò ne vllus quidem è ca-
 pite pereat pilus. Eripe me ab iis qui cogita-
 uerunt iniquitates in corde suo, & qui tota
 die constituebant prælia: & qui denique exa-
 cuère linguas suas sicut serpentes. Inimici mei
 dixerunt mala mihi, quando morietur & peri-
 bit nomen eius? Addidere & hoc, grauius fu-
 rentes: Euge, euge, viderunt oculi nostri, eu-
 ge, euge, deuorabimus eum: vidisti Domine,
 ne files Domine, ne discedas à me. Quis ad
 te confugit, & relictus est? Tu vnus es om-
 nium Deus, vita ac resurrectio, vbi sunt miseri-
 cordiæ tuæ antiquæ Domine? Misereri oblitus
 es? Tu tamen Deus idem semper es, ante te
 nec fuit Deus, nec post te erit. Tu quondam
 suauissimum tuum Iacob ab intuido inhumano
 que fratre Esau, piè liberaisti, Abrahamum
 Chaldaeorum infania non passus es extingu-
 i. Humilem illum Ioseph, à propriis immaniter
 conculcatum ac diuenditum fratribus, atque
 adeo

PRECATIO.

adeo in foueam immerſum, tandemque ad bar-
 bara exteraque hominum genera pertractum:
 ad inſigne quoddam honoris faſtigium euexi-
 ſti miſericors. Dauidem toties ne ab impio Sau-
 le abſorberetur totus uiuus, benignè ſeruaſti:
 quid referam illum pium Daniele per te effu-
 giſſe truces leonum oculos ac dentes? Tutò ſer-
 uaſti Iudith, ne quid læderet famulam tuam du-
 rus Holofernes. Petrum clemētiae manna ē Ne-
 puni euulſiſti gurgite, Paulo tuo in tot peri-
 culis aduiſti, & ſic crebrò hoſtium effugit tru-
 culentiam, qui tuæ bonitatis memor lætus, ſcri-
 bit, Liberatiſ ſum ex ore leonis, ē Neronis ſæui-
 tia: cauſam præmiſerat, Vt per me, inquiens, præ-
 dicatio cōpleretur. Fac ut generatio & generatio
 laudet opera tua, potentiamque tuam pronun-
 ciet: ſuper iram inimicorum meorum extende
 manum tuam, & ſaluum me faciet dextera tua.
 Noſti qui ſint hoſtes, ſcis certò quantus ſit eo-
 rum grex: haud te lateret quàm potentes, quàm
 truces, quàm nulla arte placabiles aſidua inma-
 nitate inuadant me: obdurati ſunt, pertinaces
 ſunt, alii me conantur in perpetuum præcipi-
 tare exitium, meque ad varia ſuo pulſu ſcelerum
 genera impellunt: alii aliud atque aliud finiſtro
 pectore malum machinantur, & valde exigua
 eſt hodie inter mortales charitas: diminutæ ſunt
 veritates à filiis hominum: O lux mea Deus, ſal-
 uum me ac tutò ſeruato: precor te, ſic mecum a-
 gat miſericordia tua, ut hic tibi totus uiuam, to-
 tus tibi inferuiam, ac tandem è tot tamque im-
 manibus

PRECATIO.

119

manibus hoſtium vnguibus liberatam mentem
 hanc meam, quam hiſce meis, ut vincerem cle-
 menter illigare ac immiſcere membris dignatus
 es, in conſortium illud tuorum amicorum,
 qui verè ciues familiares domeſticique
 tui ſunt, tandem euoces, miſe-
 ricorsque euehas,
 Amen.

*Eiuſdem pro ſingulari Spirituſ ſancti
 adiumento diſtichon.*

*Summa Deo ſit laus, cuius pietate iuuamur
 Et cuius calamo præfuit aura meo.*

F I N I S.

